P.° G.° 29
Scansia N.° 2
…affale N.° 1

inv. A

Tassa delle Mercedi di Notari per le Copie dell'Instrumenti publici

Per copia publica d'Instrum.to che port. la somma di scudi 25. bai 30. —— 00.30

Da scudi 25. sino à scudi 50. bai 50. —— 00.50.

Da scudi 50. sino à scudi 100. bai 75. —— 00.75.

Da scudi 100. sino à scudi 150. scudo uno —— 01.—

Da scudi 150. sino à scudi 200. scudo. 1.20. —— 01.20.

Da scudi 250. sino à qualsivoglia somma scudo uno, e mezzo —— 01.50.

Le Copie però de Testam.ti in publica forma si pagano con l'aggiunta del quarto, e cor. scudi due, mà l'osservie è che non si paga mai l'intiero —— 02.

Le Copie dell'aditioni dell'Heredità con benef. di et Inventarij in publica forma si pagano con l'istessa mercede, cioè si aggiunge il quarto alli paoli quindici —— 02.

une [illegible]
[illegible]

ARCHIVIO
SOTTOSEZIONE DI STATO
COMUNE DI FOLIGNO
ARCHIVIO PRIORALE
4
FOLIGNO

ARCHIVIO

SOTTOSEZIONE

DI STATO

FOLIGNO

COMUNE DI FOLIGNO

ARCHIVIO PRIORALE

4

Municipio di Foligno

Archivio Priorale

STATUTI

SERIE I

Categ. I

Fascicolo 4

Statuti della Città

N. Progressivo dei volumi 4

STATVT. CIVIT. FVLGIN.
LIBRI I

De Mag.ci D. Pub.rij Iurisdictione eiusque obligationibus

cap. I.

Et si primo ingressu statuere, et statuendo premittere de electione, iurisditione, et officio pretoris magis iuxta potestatem nostram, nobis consonum et à iure nostro non alienum fuisset, cum super facultate, et auctoritate Mag.ci Dni. Gubernatoris, ut pote de re ad officium nostrum minime pertinenti ad S.mum D. N. siue eius pro tempore legatos siue Vice legatos statuere, et indulgere conueniat. nihilominus recolentes litteras quamplurimas in forma breuium de benignitate apostolica à Romanis Pontificibus Ciuitati, et Ciuitati nostre gratiose concessas extare de iurisd.ne et sup. auctoritate d.i Mag.ci D. Gubernatoris loquentes multaque alia disponentes, obligantes respettiue, prout in eisdem litteris ap.licis emanatis et obtentis latius continetur. Considerantes à dignioribus inchoandum fore initium annuente diuino numine Sup-

et premittere decreuimus, de Iurisd.ne facultate, et obligatione Mag.ci D. Gubernatoris Verum quia super premissis Breuia, seu lre predicte loqui et statuere uidentur, eas ad publicum omnium commodum, et ut Gubernatoribus predictis apertius in notitiam ueniant, et in earum obseruantiam libentius se accingant et ne ut paruipense à nobis seu neglecte omitterentur Breuia, seu litteras aplicas predictas fideliter ex suo originali extractas, et de uerbo ad uerbum transumptas registrari, publicari, atq. imprimi loco eorum que super facultatibus, et iurisditione dicti Mag.ci D. Gubernatoris dici potuissent, mandauimus ac concorditer deliberauimus. Addentes in leprendo tamen decretis, et constitutionibus emanatis ab Ill.mo et R.mo D. Cardinali de Vrbino Ciuitatis Perusie, Eiusq: alme Prouincie et Ciuitatis nostre à latere legato sub. cap. p.o siue sub incipiende que iura seruanda in premissis Gubernatores predicti obnoxij fiant teneanturq. ante omnia seruare statuta nre Ciuitatis ac de obseruando iuramentum in manibus Reu. Dni. Vicarij R.mi D. Episcopi Fulginaten pro tempore existentis in eius introitu prestare, et in dictorũ

Statutorum defectum Constitutiones Marchię et ubi
ex his omnibus occurrenti casui prouisum non
reperiretur, ius canonicum, uel Ciuile. Tenor lrar
et Breuium prędictorum est qui sequitur vt.

Paulus ~~Paulus~~ Papa Tertius ad futuram rei memoriam Ex=
poni nobis nuper fecerunt dilecti filij Communitas
et homines Ciuitatis nostrę fulginię, quod licet ex for=
ma statutorum dictę Ciuitatis confirmatione apca
roboratarum Gubernator ipsius Ciuitatis protempore
existens causas tertię instantię dumtaxat cognoscere
et terminare possit, causarum uerò primę et secundę in=
stantiarum tam ciuilium q. criminalium cognitio
ad potestatem, et Iudicem appellationum eiusdem
Ciuitatis respectiue pertineat, dispositumque insuper sit
per statuta prędicta cui penę pecuniarię quas perso=
nę inobedientes, ac treguas frangentes, et mandatis di=
cti D. Gubernatoris contrauenientes incurrunt ap=
plicandę sint Nihilominus, Gubernator eiusdem Ci=
uitatis, eiusque officiales, et ministri statutis huiusmodi
minime attentis in alienam messem falcem im=
mittentes sub uarijs coloribus, et pretextibus, in eo
presertim confisi, quod super gestis per eos ratione
illorum officij ad syndicatum stare, ac alias de illis ra=
tionem reddere, prout potestas et iudex pti. facium

cogendi non sint; causas prime et secunde instantie Eidi audire, cognoscere, et terminare, ac penas predictas sibi ipsis contra dictorum Statutorum tenorem applicare nituntur varia grauamina hominibus eiusdem Ciuitatis desuper inferendo maxima cum d.e Ciuitatis perturbatione ac scandalo plurimorum. Quare pro parte Coitatis et hominum prefatorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut in premissis oportunè prouidere de benignitate aplica dignaremur. Nos igitur considerantes parum esse Statuta fieri nisi obseruentur, uolentesque quieti eiusdem Ciuitatis consulere coitatis, et hominum ptorum supplicationibus Eidi inclinati, Volumus, et auctoritate aplica Statuimus quod Gubernator, et Ministri, et officiales pti in causis prime et secunde instantie Eidi atrocioribus Criminalibus causis et ciuilibus que

quantita

quantitatem seu ualorem decem ducatorum auri de Cammera non excedant, in quib. inter Gubernatorem, et alios dictae Ciuitatis Iudices preuentioni locum esse uolumus, dumtaxat exceptis etiam uigore quarumuis appellationum ad ipsum Gubernatorem, omisso medio interpositarum aut recursus, uel cuiusuis querele, seu quouis alio pretextu uel quesito colore se intromittere penasq. predictas sibi ipsis applicare non possint, nec ualeant districtius inhibentes sub excummunicationis pena moderno et pro tempore existenti dictae Ciuitatis Gubernatori, ne contra presentium tenorem quomodolibet facere

facere, dicere, uel uenire audeat uel presumat Irri=
tum quoq et inane decernentes, si secus super eisa
quoq quauis auctoritate contigerit attentari Non
obstantibus constitutionibus et ordinationibus ap=
licis, nec non priuilegijs, indultis, et lris aplicis
ipsis Gubernatoribus sub quibuscunq tenoribus
et formis concessis approbatis, et innouatis ceterisq
contrarijs quibuscunq. Datum Rome apud S.
Petrum sub anulo Piscatoris die xviij. Nobembris
M.D.xxxiiij. Pontus nri anno po Fabius Vigil

Dilectis.=

Dilectis filijs Comitati, et Hominibus Civitatis nostre Fulginie Paulus Papa Tertius. Dilecti filij salutem et apostolicam benedictionem. Cum sicut nobis nuper exponi fecistis, dudum vos quasdam à nobis informa Brevis lr̃as obtinueritis, hoc sub tenore Vtb. Paulus Papa Tertius ad futuram Rei memoriam. Exponi nobis nuper fecerunt di=lecti filij comitas et Homines Civitatis nostre Fulginie quod licet ex forma statutorum d. Civitatis confir=matione aplica Roboratorum Gubernator ipsius Civi=tatis pro tempore existens causas tertie instantie dumtaxat cognoscere et terminare possit: causarum vero prime et secunde instantiarum cognitio tam

Civilium

civilium, quam criminalium ad Potestatem et
Iudicem appellationum eiusdem civitatis res=
pective pertineat, dispositumq insuper sit per
statuta pta. cui pene pecuniarie quas persone
inobedientes, ac treguas frangentes, ac mandatis
dicti Gubernatoris contravenientes incurrunt ap=
plicande sint. Nihilominus Gubernator dicte Civi=
tatis, eiusq officiales, et ministri, statutis huoi
minime attentis, in alienam messem falcem im=
mittentes sub varijs coloribus, et pretextibus, in
eo confisi, quod super gestis per eos ratione illor
officij ad syndicatum stare, ac alias de illis ratio=
nem reddere, prout Potestas e Iudices pti.

faciunt

faciunt cogendi non sint, causas primę et secundę instantiaꝝ huiꝰi audire, cognoscere, ac terminare, ac penas p̄tas. sibi ipsis cond.^{or} statutorum tenorem applicare nituntur, uaria, grauamina hominibus eiusdē ciuitatis desuper inferendo in maximam d.^{e} ciuitatis perturbationem ac scandalum plurimoꝝ. Quare pro parte coitatis et hominum p̄toꝝ nobis fuit humiliter supplicatum, ut in premissis oportunè prouidere de benignitate ap̄lica dignaremur. Nos igitur considerantes parum esse statuta fieri, nisi obseruentur, uolentesq. quieti eiusdem ciuitatis consulere coitatis et hominum p̄toꝝ supplicationibus huiꝰi inclinati, Volumus et auctoritate ap̄lica statuimus q.d. Gubernator ministri, ac officiales p̄ti, in causis primę et secundę instantiaꝝ huiꝰi atrocioribus criminalibus causis et ciuilibus quę quantitatem seu

ualorem

ualorem decem ducatorꝫ auri de cammera non
excedent, in quibus inter Gubernatorem, et alios
dictę ciuitatis Iudices preuentioni locum esse
uolumus, duntaxat exceptis, etiam uigore quaru=
muis appellationum ad ipsum Gubernatorem
omisso medio, interpositarꝫ, aut recursus uel cu=
iusuis querelę, seu quouis alio pretextu, uel presito
colore se intromittere, penasqꝫ pdas. sibi ipsi ap=
plicare non possint, nec ualeant; districtius in=
hibendo sub excomunicationis pena moderno,
ac pro tempore existenti dictę ciuitatis Gu=
bernatori, ne contra pntium tenorem quo=
modolibet facere, dicere uel uenire audeant,
uel

presumant Irritum quoqz et inane decernentes, si
secus super his à quoqz quavis auctoritate contigerit
attentari. Non obstantibus constitutionibus, et ordina=
tionibus applicis, necnon privilegijs, indultis et lris
applicis ipsis Gubernatoribus sub quibuscunqz tenoribus
et formis concessis, approbatis, et innouatis, ceterisqz
contrarijs quibuscunqz. Datum Romæ apud S. Petrū
sub anulo Piscatoris die xviij Nouembre M. D.
xxxiij Pontus nri anno p.o Et licet statuta
Ubi longo tempore usu recepta fuerint, ac dictus
Gubernator alijqz eius officiales et ministri propte=
rea ipsis litteris (ut parest) parere et illis in ali=
quo contrauenire minime debuerint Nihilominus
tam

tam idem Gubernator, eiusq. officiales, et ministri, ac etiam Sedis Aplicę Perusię, et Vmbrię Legatus, Vice legatus, Auditores, ac alij Iudices, et officiales eiusdem litteris minime attentis sub uarijs pretextibus causas, primę et secundę instantiaȝ Eiusi audire, cognoscere ac terminare nituntur, in maximum eiusdem ciuitatis grauamen et preiudicium. Quare proparte uestra nobis fuit humilt. supplicatum, ut in premissis de oportuno remedio prouidere de benignitate aplica dignaremur. Nos igitur, ut eo firmius obseruentur, quo recentiori munimine fuerint roborata, preinsertas lrãs ex certa nrã. scientia approbantes, et confirmantes Eusi supplicationibus

inclinati

inclinati, quod de cetero moderni è pro tempore existen=
tes Gubernator, a Legatus, Vicelegatus et Auditores pdi.
eorumq. ministri, et officiales in causis primę et secundę
instantiarũ Civit. etiam vigore quarumvis appellationum
ad eos omisso medio interpositarũ, aut recursus, vel cuius=
vis querelę seu quovis alio pretextu vel quesito colore contra
preinsertas Lr̃as. Civit. tenorem, se intromittere non
possint, nec valeant, eadem auctoritate aplica tenore
pntium. statuimus, et ordinamus districtius inhibentes
Legato, nec non Vicelegato, Gubernatori, et Auditoribus
pdis, eorumq. ministris et officialibus, alijsq. Iudicibus
et personis ne contra preinsertas et pntium Lr̃as te=
norem

norem quicquam dicere aut facere, uel uenire audeant,
seu presumant. Decernentes sic per quoscunque Judices
tam ecclesiasticos quam seculares, quavis auctoritate
fungentes iudicari, et defeniri debere sublata eis
et eorum cuilibet quavis alr. iudicandi facultate
ac irritum et inane, si secus sup. his a quoque
quavis auctoritate scienter uel ignoranter conti-
gerit attentari. Et nihilominus dilectis filijs cu-
rie causarum camere apostolice generali Auditori uel
eius locum tenenti et Vicarij uenerabilium
fratrum nror. Spoletan. et Camerinen. Epor. in spi-
ritualibus generalibus, per presentes committimus
et mandamus quatenus ipsi, uel duo, aut unus
per se, uel alium seu alios preinsertas ac presentes
lras. ubi, et quando, aut quoties opus fuerit.
publicantes

publicantes faciant auctoritate nostra easdem preinsertas
lrãs firmiter, et inuiolabiliterobseruari Contradictores quos
libet, et rebelles per ecclesiasticas censuras et penas ap=
pellatione postposita compescendo, inuocato etiam ad hoc
si opus fuerit auxilio brachij secularis, non obstantibus con=
stitutionibus et ordinationibus apl̃icis, ac quibusuis priui=
legijs, et indultis, et lr̃is dictis legato, Vicelegato Guberna=
tori et Auditoribus, eorumq ministris et officialibus alijsq
Iudicibus, et personis sub quibuscunq tenoribus, et formis
in preiudicium premissor concessis, confirmatis et etiam
iteratis, innouatis, ac concedendis confirmandis, et inno=
uandis. Quibus omnibus, et singulis, etiam si de illis eo=
rumq tenoribus specialis specifica expressa et indi=
uidua, ac de uerbo ad uerbum, non aut per clausuras ge=
nerales idem importantes, mentio, seu queuis alia
expressio

expreſsis habenda foret, tenores huiòi ac si de verbo ad verbum insererentur pñtibus pro plene, et sufficienter expreſsis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter, et expreſse derogamus; ceterisq; contrarijs quibuscunq;, aut si supradictis uel quibusuis alijs coiter, uel diuisim ab eadem sit sede indultum quod interdici, suspendi, uel excomunicari non poſsint per līas aplicas non facientes plenam, et expreſsam ac de verbo ad verbum de indulto huiòi mentionem. Volumus autem quod pro tempore existens legatus seu Vicelegatus prefatus ciuiles summam, seu ualorem trecentor ducator auri excedentes, ac

criminales

criminales, in quibus ultimi supplicij, seu alia corporalis pena de iure communi imponenda ueniat, ac alias, cum publicum scandalum oriri formidatur, causas ad partis instantiam seu ex officio, uel alias quomodocumq; iuxta eius facultates, etiam preuentus, audire, cognoscere, et terminare minime impediatur. Dat. Rome apud S. Petrum sub anulo piscatoris die v Aprilis M.D.XLVIII Pontificatus nri. anno quartodecimo. Blo. El. Fulgin.

Paulus Papa Tertius ad futuram rei memoriam. Cum sicut dilecti filij Coides, et homines ciuitatis nre Fulginie nobis exponi fecerunt, Barisellus, scalchi et socij milites, et alij executores birruarij nuncupati aliquo delicto, seu excessu in ipsa nra. ciuitate, uel eius comitatu, et districtu commisso antequam delinquentes condemnati existant excusationes con ipsos delinquentes faciendo ab ipsis delinquentibus pro eorum exicutionibus Eūoi solutionem ad eorum arbitrium

recipere

recipere, et exigere consueverint in maximum ipsius Coi=
tatis, et dominum eiusdem nre. ciuitatis et illius co=
mitatus, et districtus preiudicium et si per nos, quod
executiones ipse, nisi post q rei condemnati fuerint
non fierent, ac quod pro tempore existens eiusdem
nre. ciuitatis Gubernator in fine sui officij obli=
gare syndicatui stare, et se ad id in principio sui
officij obligare, et idonee cauere deberet, et te=
neretur, per nos statueretur, et ordinaretur pro=
fecto felici regimini, et gubernio, ac indemnita=
ti ciuitatis, comitatus, et districtus eiusdem non
modicum consuleretur; Quare pro parte di=
ctor

cter coitatis et hominum nobis fuit humiliter supplicatum, ut in premissis oportune providere de benignitate aplica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, quod de cetero quicunque Barisellus, scalchi ac socij milites, et alij executores, necnon birruarij, nuncupati in civitate comitatu, et districtu predictis aliquas executiones tam contra contra personas quam eorum bona, nisi decreto prius con personas, et bona huiusmodi per Iudicem mandato, ac ipsius mandati vigore facere nec non ratione executionis pro quacunque criminali causa de cetero faciende quicquam a dictis delinquentibus nisi iuxta taxam per nos in quibusdam nris lris eisdem coitati, et hominibus nuper per nos concessis specificatum

ficatum exigere non possint, neq. debeant. Ac modernus et pro tempore existens dictę nrę ciuitatis Fulginię Gubernator Syndicatui in fine sui officij coram loci ordinario uel eius in spiritualibus Vicario, ac una per-sona per coitatem, et homines Fulgi deputanda, necnon eius in officio successore stare, et se ad id, ac de sen-tentię per ipsos syndicatores proferendę parendo qui-cunq. post modernum pro tempore existens Guber-nator in principio eius officij obligare et idoneè ca-uere debeat et teneatur; ac ad id omnibus iuris et facti remedijs oportunis cogi possit auctoritate

apłica

aplica tenore pntium perpetuo statuimus et ordinamus
decernentes irritum et inane, si secus super eis à quoqz
quauis auctoritate scienter, uel ignoranter contigerit
attentari Mandantes dilectis filijs curie Camere Ap=
lice Genli Auditori et Vicarijs uenerabilium fratrum
Fulginaten, et Asisien Epor in spiritualibus Genlibz
quatenus ipsi uel duo, aut unus eor per se uel per ali=
um, seu alios premissa omnia perpetuò et et inuio=
labilr obseruari faciat Contradictores quoslibet et rebelles
per quasuis censuras, et penas ecclesiasticas et pecuni=
arias eor arbitrio moderandas et applicandas aliaqz
iuris,

iuris, et facti remedia oportuna appellatione postposita compescendo. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus aplicis, ac statutis, et consuetudinibus, nec non priuilegijs, indultis, et lris aplicis quomodolibet concessis, confirmatis, et innouatis, ac concedendis, confirmandis et innouandis, ceterisq contrarijs quibuscunq. Datum Rome apud S. Marcum sub anulo piscatoris die 4 Julij M.D XXXVIIJ Pontus nostri anno quartodecimo. Blo. El. Fulgini.

Paulus Papa

Paulus Papa Tertius ad futuram rei memoriam; Cum sicut ad
aures nostras, non sine grauianimi nri displicentia perue=
nerit quod Barisellus, Scalcri, et alij executores ciuitatis
nre Perusię dilectos filios coitatem et homines ciuitatis
etiam nre Fulginię in executionibus causar. tam ciui=
lium, qm criminalium, quasta in ipsa ciuitate Fulgin.
qm extra eam per totum illius comitatum, et districtum
hactenus fecerunt, et in dies faciunt, plus debito ab eis pro
executionibus huoi recipiendo grauauerint hactenus, et gra=
uent, Nos eiusdem ciuitatis Fulgin coitatem, et homines
paterna beneuolentia prosequentes, ac in premissis prout
nobis

nobis incumbit providere volentes, quod de cetero moder
ni et protempore existentes Perusię et Umbrię Bari
sellus, scalchi, et executores, sub executores, birruarij
uel alias nuncupati alijq officiales, et executores
quacunq aucte funzentes ac quomodolibet deputati,
et deputandi in executionibus quarumcumq tam
ciuilium q Criminalium causarum intus, et
extra dictam ciuitatem Fulginię, et p totum
illius comitatum, et districtum per eos faciendis ab
ipsis coitate et hominibus Vt. in executionibus
quibuscunq ciuilibus ex: quacunq causa admissis
et relaxatis

et relaxatis intra bononenum unum pro quolibet scuto, extra
uerò ipsam ciuitatem Fulginię et per totum illius comita=
tum, et districtum, dimidium grossum. In criminalibus
uerò executionibus ex quacunque causa faciendis intra
dimidium, extra uerò ciuitatem Fulginię ipsam, et
totum illius comitatum, et districtum integrum grossum
etiam pro quolibet scuto, et non ultra exigere, et habere
debeant auctoritate apostolica, et ex certa nostra scientia teno=
re presentium perpetuo statuimus, et ordinamus, ac sub
excumunicationis, et officior. priuatione ac ducentor.
ducatorum auri camerę apostolicę applicandorum
penis eo ipso, si contra fecerint incurrendis obser=
uari.

uari uolumus, eisq districte precipiendo mandamus. Et
nihilominus dilectis filiis d.te ciuitatis Perusie legato, seu
eius Vicelegato, et dicte ciuitatis Fulginie Gubernatori
ac Vicario uenerabilis fris. Epi Fulginaten in spiri=
tualibus Gen.li per presentes committimus, et mandamus
quat. ipsi uel duo aut unus eorum per se, uel alium seu
alios presentes lras et in eis contenta queq sub eisdem, et
aliis eorum arbitrio imponendis et applicandis penis perpe=
tuo inuiolabiliter obseruari faciant. Contradictores quosli=
bet, et rebelles per supradictas, et alias censuras, et penas

ecclesiasticas

ecclesiasticas aliaq. oportuna remedia appellatione post=posita compescen. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus ap̄licis quomodolibet concessis, confir=matis et innouatis ceterisq. contrarijs quibuscunq.
Datum Romę apud S. Petrum sub anulo piscatoris die xv. Aprilis M.D.xlviij Pontificatus nri anno quartodecimo Blo. El. Fulgin.

De Pretore, et eius electione cap: 2

Ad rempublicam ciuitatis Fulginie recte gubernandam et salubriter conseruandam, duximus Pretorem in ea ualde necessarium esse, ideo de Pretore, et eius electione statuere deliberauimus, ordinantes, et decernentes Pretorem d. ciuitatis pro tempore eligendum ad sex menses tantum esse debere de loco distanti a d.a ciuitate per quindecim milliaria ad minus, et de alio loco oriundum q. precessor eius fuerit, et alias non exercuisse d.m officium uel aliud in d.a ciuitate ab annis quinque aliasque saltem per semestrale tempus, seu exercuisse aliquod officium

Pretor Ciuitatis Fulginei non potest eligi, nisi ad sex menses pretura

Pretor supradictus non potest eligi qui sit de loco Ciuitati Fulginei proximo intra quindecim milliaria

Pretor supradictus non potest eligi, si sit de loco, de quo fuit eius predecessor

Pretor supradictus non potest eligi si alias exercuit d.m officium, infra quinquennium

Pretor supradictus non potest eligi qui alibi iudicaturam non exercuit

Et si eligatur nulla est electio, quod in hac lege adest ~~dec~~ irritans, quae facit actum nullum ipso iure

preture, uel iudicatus alicuius alterius civitatis, uel
terre, et aliter eum proponi et eligi non posse, nec debe=
re; et electionem si qua fieri contigerit contra formam
presentis capituli nullam fore, et esse nullamque roboris
firmitatem habere; electionemque eius qui fuerit de loco
distanti et exercuirit officium, ut supra in prapositis mo=
do et forma faciendam esse. Item Quod Mag.ci D.ni Priores
civitatis pred.e qui pro tempore fuerint facta ipsis fide
de premissis, debeant, et teneantur sub uinculo presti=
ti iuramenti, et pena uiginti quinque librar. denarior.
pro quolibet d.or D.nor. Prior. Comitati d.e Civitatis ipso fa=
cto applicandor. tempore quo eis uidebitur consegari
facere

Centumvirale Consilium

facere loco, et more solitis, et consuetis Mag.cum d.e civitatis consilium centumuirale*, eoq. in sufficienti nummero congregato seu coadonato, ut moris est, proponere debeant, aut eor. confalonerius siue caput Prior. nom. omnium debeat propositam facere de eo, qui quærat Pretor. elig., seu pretur. electionem consequi an placeat illum ad talem electionem eligere seu illi eam concedere. Et redditis super tali proposita Decurionum consilijs, illisq. aut aliquo eor. prout d. Mag.ci Dni. Prioribus, et Nouemuiris d.e ciuitatis magis placuerit, ut moris

moris est, ad scrutinium positis seu posito, et suffragijs quorumcumque postea redditis uidere an placuerit eisdem electionem concedere premissam, et si repererint eam placuisse, et per duas partes de tribus obtentam, talis electio sic, ut supra premittitur facta, ualeat, et teneat, et omnimodam et irreuocabilem habeat firmitatem, et si aliter fieret non ualeat et sit penitus, et omnino nulla ---

De

B.2.

De aduentu, et ingressu Pretoris. cap. 3

Statuimus, et ordinamus, quod, Pretor ciuitatis Fulginie qui pro tempore fuerit electus et electionem acceptauerit, confirmationemq. electionis. S.D.N. habuerit debeat se conferre una cum omnibus suis officialibus totaq. eius familia, omnibus suis sumptibus expensis absq. aliquo d.nre ciuitatis interesse per biduum anteq. ineat officiūm ad ecclesiam S. Marie in Campis prope ciuitatem predictam existentem, ibiq. per d.m biduum aut per unam diem, et noctem permanere eidemq. eccle

sie

sie dare, et dimittere duos ducatos auri, quodq. in die quo
aditurus est officium cum dictis officialibus, et familia
ac cum uexillis apertis, cęterisq. solemnitatibus solitis et
requisitis se conferre ad ecclesiam S. Feliciani d.ę ciuitatis
protectoris, ante se ferri faciens brauium unum sericum
ualoris florenorum decem monete papalis dandum, et dimit=
tendum una etiam cum uno ducato auri ecclesię pred.i
Feliciani, et duas pateras argenti legarum octo, et unciarum
sexdecim suis armis ornatas dandas, et dimittendas
pro usu palatij d.ę ciuitatis residentię Mag.ci D.norum Pri=
orum et quod si absq. dictis confirmatione, solemnitatibus

et rebus

et rebus acceſserit ad officium non admittatur eodemq. die
coram conseruatoribus legum, et in manibus Cancellarij
ciuitatis pred.te iuramentum in forma solita prestare debeat
et teneatur, de bene et fideliter exercendo suum officium
et de seruando d.te Ciuitatis Capitula, et statuta quecunq. ac
reformationes tam editas, q. edendas, et presertim caplam edita
in fauorem montis tam Pietatis q. frumentarij, et in fauorem
ciuium nostror. ad extraordinaria deputator., maxime contra
inobedientes eorum mandatis, et alias, prout in capitulo
sub rubrica de iuramento Pretoris inferius descripto et an=
notato.

De

De iuramento, et iurata promissione Pretoris cap. 4

Item dicimus, et ordinamus quod D. Pretor civitatis Fulginie eiusq. comitatus, fortie, et districtus teneatur, et debeat iuramentum prestare, et iurando promittere sub infrascriptis modo, et forma, et continentia Vz. Deo optimo Maximo inuocato Ego Pretor ciuitatis Fulginie, eiusq. comitatus et destrictus iuro, et iuramento promitto Deo omnipotenti, et Cancellario Mag.cae DD. Priorum Mag.cae ciuitatis Fulginie presenti, et acceptanti, et stipulanti nomine, et uice coitatis Fulginie et specialium personar. ipsius, omniumq. quor. interest, intererit aut interesse poterit quomodolibet in futurum ad delactionem d. Cancellarij libro corporaliter manutacto –

cto ad Sancta Dei euangelia, fidem catholicam secundum Apostolicam, et euangelicam doctrinam seruare fidelemq; fore et esse S.mo D.N.S. Sedi Ap.lice Ill.mo et R.mo D. legato Perusiæ et umbriæ, eiusq; R.mi Vicelegato, ac D. Gubernatori ciuitatis Fulginie, nec non communitati, et consilio eiusdem ciuitatis ciuitatemq; ipsam, et populum mihi commissum à die principij mei regiminis usq; ad finem, libertatem honorem iurisdictionem, statum pacificum eiusdem regere, et defendere, conseruare, manutenere, et pro posse augmentare; ciues populares, et comitiuas personas omnes eiusdem ciuitatis populi, et comitatus cuiuslibet ætatis, sexus, status, gradus condictionis, et qualitatis, et presertim religiosas

personas

personas, uiduas, pupillos, et alios miserabiles homines, et ecclesias hospitalia, loca religiosa, et eorum bona, et iura; officium Mag.corum DD. Prior. Nouemuirorum, Presidentium iustitie, Viginti de nummero nuncupatorum, superstitum nundinarum, Octo Montis Pietatis, et aliorum forsan deputatorum a d.a communitate et consilio, Artes, et artifices d.e ciuitatis, ac comitatus eiusdem, statuta omnia capitula etiam mihi transmissa tempore mee electionis reformationes, ordinamenta prouisiones et decreta facta, et infuturum facienda per d.os DD. Priores et consilium d.e ciuitatis, et per quoscunque alios auctoritatem habentes, et in eis contenta attendere,

et penitus

et penitus obseruare, et obseruari facere. et stare cum tota familia, et equo, quam et quem tenere debeo ad d.m officium regendum, et exercendum et continuo permanere in d.a ciuitate fulginie pro eo administrando pro salario tantum per d.a statuta constituto pro me meisq. officialibus, et tota mea familia et mihi in electione transmissa, et capitulis eiusdem expresso et declarato ac promisso, et ei stare, et acquiescere et ultra id aliquid non petere, nec recipere, nec peti, et recipi facere nec petere aliquod aliud arbitrium uel licentiam, sed stare, et acquiescere arbitrio et licentie mihi per dicta statuta concessis. Insuper de d.a ciuitate non discedere, sed

stare

stare, ut supra cum tota familia, officialibus, et equo, et in ea moram trahere, nisi irem causa d.te ciuitatis, aut officij exercendi, uel alias cum licentia d.i Mag.ci consilij d.te ciuitatis, uel nisi mea familia uel aliquis ex ea iret ex causis ut supra uel aliqua earum. Et per me, uel alium, seu aliquem de mea familia, uel submissam et personam aliquam aliquod enseri=cum, donum, uel prestantiam commodatum siue depositum in pecunia uel rebus alijs, aut partem aliquam condemnationis seu bandi ab aliquo de d.a ciuitate uel eius comitatu uel insula, aut forenze, aut aliquid aliud mihi prohibitum per premissa statuta, reformationes, prouisiones, capitula et decreta non recipere nec acceptare; Iustitiam cuilibet

petenti

petenti facere, et per meos officiales fieri facere, et ipsa
nemini denegare; punire hereticos, scismaticos, eorumque
receptores, et fautores, homicidas, ueneficos falsaricos fures
latrones, sacrilecos, incestuosos, adulteros percussores, et
alios quoscunque malefactores, et male conditionis homines
iux iuris censuram, et banditos et alios rebelle in mani-
bus et in fortia mea habere, et punire, quantum in
me erit procurare, executiones facere et fieri facere
per meos officiales pro mercede mihi, et eis taxata
et non maiori Collectas impositas et imponendas
non solutas, et condemnationes et omnes reditus d.
cois exequi, et ad manus Camerarij d. communis
et

et non alterius peruenire facere offerentes nobis aliquid illicitum, et simoniacum reuelare et manifestare in consilio d.^{te} ciuitatis habereq; semper manus meas puras, et candidas et ab Euoi illicitis perceptionibus nunq; pollutas stareq; finito meo officio cum tota mea familia et officialibus in d.^a ciuitate ad reddendam rationem n̄ri officij per tempus in statutis, et capitulis dicte ciuitatis contentum cuilibet de nobis, uel aliquo de nostris officialibus, et familia conquerenti nec facere nos, aut aliquem de nostra familia uel officialibus absolui officio nostro durante, et syndicatoribus nostris eorumq; consultoribus

taxatum

taxatum nobis salarium soluere, et eorum sententię ac=
quiescere et non appellare ab ea, aut de nullitate dicere
uel supplicare, et quod aliquis ex nris officialibus, et fami=
lia non appellabit, et quod nec aliquid opponam uel obij=
ciam uel obtinere procurabo, nec opponet obijciet uel
obtinere procurabit. Et casu quo appellarem, uel ap=
pellaret, de nullitate dicerem uel diceret, et obtinerem
uel obtineret appellari posse et appellatione uterer uel
uteretur, uolo quod ea sit, et esse debeat ex nunc prout ~~ex tunc~~ ex tunc et ē
contra nulla irrita, et inanis, et pro nullā nulliusq mo=
menti habeatur, et quod in ea non audiar nec audiatur
et ei ex nunc prout ex tunc et ē contra renuncio, et
uolo

uolo atq; intendo quod peream executio dictę eorum sententię aliquo modo non retardetur aut impediatur. Et quod circa custodiam d.^te ciuitatis castrorum locor;, et fortilitior; et comitatus, et distructus per me et officiales meos, et familiares ero solicitus et attentus familiamq; meam mittam de die et de nocte pro custodia ciuitatis inquirendo, et rimando proeuntibus, et facientibus conformam statutor; et ordinamentor predictor. Et quod omnia alia, et singula faciam et per meos officiales fieri faciam ad quę teneor, et tenentur uigore alicuius statuti reformationis prouisionis capi=

tuli

tuli, aut decreti d.ᵗᵉ ciuitatis, et bene et legaliter et puris manibus amotis odio, amore, timore prece pretio, fraude, lucro illicito, et omni alia humana gratia, et eorum aliquod non pretermittam sub penis de quibus in d.ᵗⁱˢ Statutis reformationibus, capitulis prouisionibus et decretis d.ᵗᵉ ciuitatis respectiue incurrendis secundum emergentiam casuum in quibus contrauentum fuerit et applicandis prout in eis.

De

De officio Pretoris. cap. 5

Quoniam ubi fidei fundamentum deest nihil boni superedificari potest, statuimus, et ordinamus in primis volumusq. Pretorem d.te civitatis sub tali religione versari quam Divum Petrum Apostolum tradidisse Romanis, religio usq. adhuc ab ipso instituta declarat. Ipsum deinde fidelissimum ac devotissimum fore et esse sacrosanctę Romanę ecclesię S. D. N. et co(mun)itatis civitatis fulginię. Et quod idem Pretor teneatur nedum ad omnia, et singula observanda, et adimplenda quę expressa et specificata apparent, et leguntur in statuto

seu capitulo

seu capitulo proxime precedenti sub Rub. de iuramento
Pretoris uigore prestiti iuramenti, et sub penis iamdic
que omnia hic pro expresse repetitis, et specificatis habe=
ri uolumus; sed etiam ad oiam et singula infrascptam
uigore di. prestiti per eum iur.ti et sub penis incurendi
et applicandis prout inferius si contra factum fuerit
in illis aut eorum aliquo Vlt. ut idem Pretor continui
in memorato officio retinere debeat toto tempore
sui officij suis sumptibus salario et expensis
infrascptos officiales Vlt. unum Collateralem le=
gum Doctorem expertum sufficientem et
idoneu

idoneum per Mag.ci Dños Priores, et consilium dicte ciui=
tatis eligendum iux. capitulum inferius positum sub rub.
de electione collateralis et eius officio cui per semestre
pro eius salario dare, et soluere teneatur de suo frore=
nos sexaginta papales, ac duos socios milites probos,
et expertos duos notarios extraordinarios legales quorum
nullus sit oriundus ex loco, qui saltem ad minus non
distet a ciuitate pred.a per milliaria quindecim, et quorum
aliquis non gesserit officium in d.a ciuitate per quin
quennium famulos duodecim armis aptos et compe=
tenter armis et uestibus munitos domicellos, duos et
equum unum bonum et apparentem ualoris ad
minus

minus viginti scutor. auri, de quor. nominibus, et cognominibus, ac locis, in quibus sunt oriundi, et signis respectiue notulam dare debeat Mag.ci Dnis Prioribus, et conseruatoribus dictę Ciuitatis per alios Dnos Priores, et conseruatores legum Cancellario dictę ciuitatis tradendam, et per eum conseruandam, et de illis resignationem seu mostram facere teneatur singulis quindecim diebus coram d.is Dnis Prioribus et legum conseruatoribus uel saltem aliquo dictorum conseruatorum, aut alias toties quoties eis aut solis d.is Dnis Prioribus uisum fuerit, eorum libero arbitrio infra pauciores dies seu breuius tempus et

et qui caſsationi, et correctioni eorundem subiecti sint incur=
ratq. ptus Dnus Pretor toties pœnas infraſptas, aut aliquam
earũ respectiue in casu contrauentionis quoties inuentus fu=
erit supradtos aut aliquem eorũ non retinere, et hoc modo Vt.
Pro Collaterali non retento, seu functato pœnam decem
ducatorũ auri pro quolibet socio milite pœnam duorũ ducatorũ
auri Pro quolibet notario extraordinario pœnam unius.
ducati auri, pro quolibet famulo, seu birruario, et equo ca=
rolenorum octo, pro quolibet domicello carolenorũ quãtuorũ
soluendam ac statim exigendam de salario dicti Dñi.
Pretoris per Camerarium dicti Cõis à ministris Cameręs pro
ipso Cõi, et ad eiusdem utilitatem. Teneatur etiam toto
tempore

tempore sue preture post illam inceperit in palatio d.
sibi deputato continue habitare, et residere, et non alibi. Nec
possit ire ad alicuius alterius civitatis uel Terre regimen
uel officium aliquod dicta Pretura durante, sed stare, et
non discedere debeat de d.ta civitate eiusq. officio sub pena
quinquaginta ducatorum auri de eius salario retinendorum
et exigendorum ut s.a in casu contrauentionis quod. non per
fectum fuerit ut s.a Teneatur etiam sceptrum iustitie
in suis manibus deferre, et domicellum unum ante se du
cere cum pileo, et ense, iux. laudabilem consuetudinem
quoties de palatio sue solite residentie de die exire con
tigerit. Et curare, quod eius socij milites per dictam
civitatem

ciuitatem euntes clauas deferant ad penam unius du=
cati auri applicandam d. communi, et de ipsius salario pro
ipso coi exigendam, et retinendam ut supra, pro quolibet vice
in casu contrauentionis cuiusque respective. Teneatur etiam
portare literas ualidas sue coitatis, qua virtute eadem
coitas se obliget non concessuram represalias, et se quomo=
documque eis habitis, aut sibi concessis non usuram ac se non
impetraturum eas quoquemodo ob salarium predictum à
camera siue eius ministris non solutum sibi, aut ob con=
demnationem contra se, uel suos officiales, aut aliquem eorum
latam, et factam in syndicatu. Nec possit extra ciuitatem
fulginie pernoctare, nisi caussa officij, et pro exequendo

d. suo

d.° suo officio. Et minus se absentare à d.ª civitate ex aliqua alia
causa, nisi prius obtenta licentia à Mag.co consilio, dictæ civitatis
et Potestas, qui se absentaverit per aliquot dies aut alias s[...]
lum extra civitatem pernoctaverit sine licentia ut supra
durante dicta pretura, cadat in pęnam centum librarum
denarior. applicandam d.° coi ipso facto, et per Camerarium
dicti cois exigendam, et in ipsum commune transferendam
Idemq. Pretor possit et teneatur cognoscere de causis ci=
uilibus, et criminalibus, ac extraordinarijs ipsasq. termi=
nare, et defenire et facere debeat singulis mensibus con=
demnationes de Maleficis. Et teneatur iura cois Fulgi=
nię defendere actueri, et pro ipsis inveniendis defenden=
dis

dis, et conseruandis inuestigare omni qua poterit exactiori diligentia. Et teneatur cunctis potentibus ius et iustitiam ministrare, et sedere publicè et palàm pro tribunali ad eius solitum bancum iuris ad ius reddendum, et causas audiendum de mane in loco consueto suę solitę residentię omnibus diebus iurisdicis a sono pulsatę campanę pro iure reddendo usque ad tertias. Et in causis criminalibus ad inquisitiones, et acta scribenda habebit deputatum notarium maleficiorum. In causis uerò ciuilibus habebit tres notarios de d.a ciuitate Fulginię qui pro tempore extraentur de buxulo notariorum dictę ciuitatis facto per Mag.cum consilium dictę ciuitatis, et qui acta ciuilium causarum

conscribent

conscribent se circa criminalia, uel dependentia ab illis non intromittent, sicut nec notarius maleficior. pred.us circa ciuilia, annexa, et emergentia, ac dependentia ab illis qu= modolibet se intromittere non debet sub pena a quolibet eorum in predis contrafaciente 25 librarum denarior. qu= libet uice incurrenda, et communi pred.o Fulginie appli= canda. Teneatur etiam querelas orium audire, et ac= cusatorum, ac syndicator. et aliorum ad quos spectat denunciationes recipere, audire, cognoscere, et excusatio= nes, et testes diligenter examinare et alia facere, que uiderit facienda, et ad eius officium spectare, et perti= nere easque, et alias causas quascunque, et inquisitiones

ad

ad querelas, seu ex officio institutas difinire, et definiri facere per suos officiales infra tempus statutum, et ordinatum per commune d.te civitatis, et tractare inter partes de concordia facienda, si de partium fieri poterit voluntate, ac consuetudines laudabiles, et approbatas observare, et tractare, et facere oem honorem, et utilitatem civitatis Fulginie, et habitantium in ea. Non tamen possit alicui preceptum facere nisi sub pena vigintiquinque librar denarior. Nec aliquem invitum cogere ad abolendum, seu abolere faciendum seu cassari aliquem processum vel aliquã condemnationem. Nec debeat alicui aliquam

verecundiam

uerecundiam, iniuriam, uel damnum inferre. Nec prohibitionem facere, ne iustitiam, uel amicorum suorum petat aut proponat. Nec habeat ipse Pretor, nec aliquis de sua familia et officialibus nimiam conuersationem, et familiaritatem cum aliquo Fulginitate. et non possit ipse nec aliquis eorum aliter hospitari, nec comedere aut bibere cum aliquo Fulginate uel habitatore ipsius ciuitatis, clerico, uel laico in ipsa ciuitate; sed extra ipsam possit cum Fulginatibus bibere et comedere quando pro aliqua ambasiata pergeret cum eisdem. Et quod si contigerit ipsum Pretorem quandoque ire pro

aliqua

aliqua re pertinenti ad ipsam communitatem cum suo equo
non possit nec debeat habere, nec petere aliquo modo aliquam
uecturam d.i equi aut aliquam mercedem sui et suor(um) pro
accessu pred.o a d.o communi seu eius camerario, et si contra
fecerit perdat de suo salario libras denarior(um) quinqua=
ginta habendas et applicandas, ut s.a Item d.us Pretor
faciat, et fieri faciat per eius officiales condemnatio=
nes forensium secundum formam statutor(um) d.e ciuitatis
cum eis que occurrerint facienda, et si aliter faceret
in quinquaginta libras denarior(um) communi Fulginie
ut supra applican(das) condemnetur. et quod d.us Pretor, et
eius officiales nihil possint in pecunia uel rebus petere

uel ha=

vel habere ab aliquo ex quacunque causa captivo civitatis Fulginie, seu eius comitatus, et districtus, quem aliquis detineret seu detineri faceret in carcere ad penam pre stiti iuramenti, et 25 librarum denariorum a quolibet eorum de salario cuiusque eorum contrafacientis auferen habenda et applicanda, ut dictum est. Et ipse Pretor teneatur dictos carceres costodiri facere suis expensis. Et si ali= quis detineretur in dis carceribus occasione alicu= ius maleficij, seu debiti pro aliqua pecuniaria quan= titate qui aufugeret de dis carceribus, quod ipse Pretor teneatur de restitutionem et solutionem debiti pro quo

quo eſset detentus, uel condemnatus occasione condemnatio
nis de eo facte; et si detineretur pro aliquo maleficio, pro
quo pena mortis eſset imponenda, uel imposita, uel alia
qu[a]uis corporalis in mille librar denarior penam inci=
dat dictus Pretor applicandam d. communi ultra pe=
nam iuris cōis. Itē quod de causis tam ciuilibus qm
criminalibus, ordinarijs, commiſsarijs, ac alias quomodo=
cunqꝫ coram eo agitandis non poſsit nec debeat spor=
tulas accipere à Fulginatibus, seu habitatoribus dicte
ciuitatis, eiusqꝫ comitatus, et districtus. Item quod
in executionibus quarumcunqꝫ causar ciuilium per
ipsum, aut aliquem ex suis officialibus faciendis e=
tiam

etiam ex quacunque causa commiſsis, et relaxatis non poſsit petere, habere, et exigere, nisi bononenum unum pro quolibet scuto intra ciuitatem, extra uero ciuitatem, et per totum illius comitatum, et districtum integrum etiam greſsum pro quolibet scuto. Et hoc intellecto quod executionis huiusmodi premium premiſsum illi seu illis non debeatur, nisi executione cum effectu facta.

Item quod non poſsit ipse Pretor nec aliquis ex suis officialibus sub pena 25. librar. denarior. et intereſse montis Pietatis, per quemlibet contrafacientem uice qualibet incurrenda, et d.o co.is de facto applicanda executionem aliquam facere, nisi per bullectum

lectum subscriptum a Cancellario dictę ciuitatis, et si-
gillo paruo d.i cõis sigillatum. Item non possit nec aliquis
eius officiales possit in cuppis, seu tegulis aliquam domum
etiam exiguam, uel aliquid aliud cooperientibus, in bobus
uomeribus cultris aptis, et tensis pro laborando execu-
tionem facere pena qua s.a proximè per contrafacien-
tem qualibet uice incurrenda, et d.o cõi applicanda, et
minus ea facere possit in pannis de dorso, et a lecto si
in alijs facere potest de quo stetur dicto baiuli, et un-
ius testis de uicinia ex causa, et debito ciuili con-
tra aliquem pena eadem eadem proximè dicta in-
currenda, et applicanda ut s.a Non possit etiam con-
tra forenses portantes grassiam ad d.am ciuitatem.

quacumque

quacunq; die aliquam facere executionem in ciuitate uel
itinere pro causis, et debitis ciuilibus, et minus contra
montanos comitatus, et districtus dictę ciuitatis in
ciuitate uel itinere in die sabati ex causis ciuilib;
prędis possit aliquam facere executionem pęna
proximę descripta per contrafacientem quolibet
dictorum casuum, et qualibet uice incurrenda,
et applicanda ut s.a Item quod non possit p.tus
Pretor, et minus notarius ad maleficia depu-
tatus quouis modo, ac quęsito colore recipere
pęcunias mercedem, aut rem aliquam a con-
sulibus syndicis et aliis quibuscunq; denuncia-
toribus

toribus accusatoribus et reportatoribus aliquorum maleficiorum
tam commissorum intus quam extra civitatem predictam, et com=
mittendorum subiam dicta, pena incurrenda, et applicanda
ut supra. Item quod de bononeno uno soluendo pro quoli=
bet petitione facienda in civilibus caussis coram socio
milite scribenda per notarium dicti socij militis de
buxolo notariorum dicte civitatis extrahen. aut alias quo=
modocunque deputan. non possit nec debeat, ipse vel dictus
eius socius miles ullo pacto habere, et consequi aliquam
partem sub pena pred.a incurrenda et applicanda. Item
quod requisitus a Mag.ci Dnis Prioribus, seu Camerario
Cois pred.is aut. a notario Capelle S.a corporis Christi,
vel

uel prefectis montis Pietatis, uel frumentarij uel eius de
exactore, teneatur exigere cum effectu et exigi facere
omnia, et singula credita eorum respectiuè, et relicta per
simplicem extractum qui habeat uim bullecti executi
ui, et de facto sine ulla requisitione, uel citatione uel
alia iuris solemnitate, et peruenire facere ad manus
Cam.rij et exactoris ac notarijs pred.tis respe gratis, et sine
mercede aliqua sub pena decem librarum denariorum in
currenda, et applicanda ut s.a sed quod cum effectu
facere teneatur, et faciat, ut quisque ex suis socijs mi
litibus, uel ex alijs suis officialibus executurus uel fa
cturus aliquam executionem, seu faciens secum du
cat

cat et habeat unum baiulum, uel syndicum loci in
quo sit executurus alias facta executio sit nulla
et nihilominus Prętor ubi contrafactum fuerit te=
neatur ad pęnam uigintiquinq librar denarior
defacto auferendam, et ipsi comuni dictę ciuitatis
applicandam uice qualibet contrauentionis, et si
forte aliquis ageret pro aliquo pignore in tuoi e=
xecutione, aut alias quomodocunq, et qualitercunq
exequendo ablato, et deperdito sufficiat ipsi petenti, et
agenti sola probatio baiuli, uel syndici pręd. cui plena
fides adhibeatur, sitq eius depositio et dictum suffici=
ens et plena probatio pro pignore ablato, et deperdito,
et eius

et eius qualitate, et valore si recordatur, et sciat; sin aut
sufficiat pro plena probatione asseveratio domini cum
iuramento ipsius premissa tamen supradictorum Iudi
cis, aut syndicator taxatione. Item quod nec dictus Pretor
nec eius officiales possint, vel possit ullam petere refir
mam nisi in ultimo mense sui officij neq impetratam
sive datam gerere nec syndicatum infra tempus nec
vexillum postulare sub pena ducentar librar denarior
de suo salario retinendar et dandarum, et applicanda
rum d.o cois. Et si forte refirmatus fuerit et ad gerendum
officium admissus fuerit teneatur soluere mercedem
electionarior, de quibus infra fit mentio mercedem

electionis

electionis integram pro quolibet semestre etiam si sit
pro uno duobus aut pluribus mensibus. Item quod
requisitus à Magni. Dnis. Prioribus, uel ex eorum parte
teneatur illos extra palatium comitari cum tota
familia atque puntari debeat in 25 libris denariorum
soluendis, et applicandis ut supra. Item quod teneatur
cum effectu facere quod nullus ex eius officialibus
et notarijs extraordinarijs possit uel debeat ullo umquam
tempore se rogare d instris quomodocumque celebrandis
in causis ciuilibus, et emergentibus ac dependentibus
ab eis, et minus de fideiussionibus dandis et presta=
ndis de non discendo de palatio, uel de se representando,
ac de

ac de stando iuri uel alias quomodocumque et qualitercumque ex causa debiti non soluti, uel damnorum datorum, uel ex quacunque alia descendente seu causata ex causa civili. et nullus ex eius officialibus, et notarijs premissis possit instrum. nec istra conficere, et si confecerint nulla sint penitus, et omnino, et nihilominus penam incurrat. 25 librarum denariorum ipso facto com. applicandorum et ad interesse dicti notarij socij milites teneantur. Item quod Pretor teneatur facere notarium maleficiorum obseruare penitus, et omnino capitula facta sup. exercitio eiusdem, et in eis contenta, de quibus in capitulis et rubrica De officio Notarij maleficiorum. Item pretus D. Pretor

Salariū

Pretor pro toto tempore sui semestralis officij habere debeat pro suo salario, et dictorum suorum sociorum militum, officialium, familia, et equo, et pro expensis, pro accessu, mora, et reddite necnon pro charta atramento cera lumine, et pro quocunque alio pertinente ad d.m eius officium, et necessario pro exercendo dicto officio florenos quatringentos quinque monete papalis de bimestre in bimestre soluendos per exactorem Camere Ap.lice Fulginatensis pro rata, et de pecunijs ipsius Camere ap.lice, et in ultima solutione quietationem faciat solemnem, et in forma, ita tamen quod d.m ultimam solutionem non possit petere nec habere, nisi finito syndicatu. Et quod ita etiam fiat, si ultra semestre

dictum

dictum officium durare contigerit. Et quod de d.to Salario te-
neatur soluere omnes, et singulas retentiones per sedem ap.li-
cam impositas, seu imponendas, et ad eas expressas V.t Mon-
ti Pietatis bononenum unum.
Medicis bononenos duos.
fabrice S. Feliciani bononenum unum.
fabrice Capelle S.mi corporis Xpi bonon unum.
fabrice Hospitalis Pietatis medium bononenum.
Pro singulo floreno sui salarij.
Et quod teneatur soluere tibicinibus Mag.corum D.norum
Prior dicte ciuitatis fulginie carolenos octo pro quolibet
semestre, et Campanario carolenos duos Notario seu
Canc.rio d. cois qui suam familiam scribet pro prima uice
florenum unum, et bononenos quatuor pro cassatura
et remissura cuiuslibet officialis aut famuli siue equi

Notarijs

Notarijs uero condemnationum pro accusationibus sententiarum teneatur soluere florenum unum monete papalis singulo semestri. Item electionarijs, qui illum elegerant teneatur dare florenos sex monete papalis pro communitate, et denique tabellario qui electionem portauerit ducatos auri octo papales quorum quattuor Cancellario qui electionem, et capitula scripserit, debentur, duo communitati, et duo ipsi tabellario, cui teneatur, et soluere unum tertium floreni die quolibet pro suo uiatico quas summas eidem tabellario, ut premittitur, soluere teneatur, et ipse idem tabellarius teneatur reddere, et consignare tam communitati quam Cancellario ut supra ratam suam tantummodo retinendo. Et si secus fecerit teneatur de suo. Et quod debeat

debeat stare tacitus, et contentus de d.o salario et plus a d.o cons.
uel aliqua alia singulari persona quoquomodo, uel aliquo quæ
sito colore non petat, exigat, uel recipiat nisi quantum per
mittitur sibi, et officialibus suis ex scripturis et actis, et
executionibus secundum formam Statutorum d.æ ciuitatis.
Declarantes, et decernentes, quod si ipsum licentiatum a
d.o consilio extra ciuitatem prędictam stare contigerit
sanum ultra dies perquos licentiam habuisset, et infirmu
ultra dictos dies licentię per alios uiginti dies, abinde su=
pra per tempus, quo absens fuerit, salarium consequi nõ
debeat, et minus eius hęredes integrum eius salarium
consequi debeant, si ipsum mori contigerit in ciuitate
uel extra, durante officio, sed prorata temporis tantum
quo diuus inseruiuit. legibus et alijs quibuscumque con=
trarijs non obstantibus. Et quod finito eius officio tene=
atur

atur stare ad syndicatum cum omnibus, et singulis suis officialibus et familia per sex dies continuos à prima sessione Sn̄or̨ syndicatorum eius coram syndicatoribus, et consultore in ciuitate predicta. In quo quidem syndicatu nullus de d.ª ciuitate possit esse illius, collateralis notarior̨ predictor socior̨ militū et familię procurator̨, et aduocatus sub pena priuationis officior̨ dictę ciuitatis. Quibus quidem syndicatoribus, et consultori soluere teneatur florenos octo monetę papalis à quor̨ sententia pro se uel pro aliquo ex suis officialibus appellare, recurrere, et de nullitate dicere uel alias supplicare nō possit, et si contra faciat omnis appellatio, dictio nullitatis recursus, et supplicatio, executionem

sententię

sententie nullatenus impediat, et appellans, recurrens de nullitate dicens, et supplicans incidat in penam quinquaginta librarum denariorum aplican. dicto communi, ut s.a Et quod in omni casu in quo supra non esset apposita pena intelligatur adiecta pena uigintiquinque librarum denariorum incurrenda per ipsum pro qualibet uice sue contrauentionis ipso facto, et ipsi communi applicanda. Et cum fuerit absolutus á d.a ciuitate discedat cum d.is officialibus et omnibus suis sumptibus, et expensis, incommodis periculis, et fortuna.

Paulus Papa Tertius ad perpetuam rei memoriam Cum
sicut exponi nobis, nuper fecerunt dilecti filij Coitas, et
homines Ciuitatis nre Fulginie, quodlicet ex antiqua
hactenusq pacificè obseruata consuetudine, executiones
que in ciuitate pred.ta pro tempore faciende sunt per
executores Potestatis eiusdem ciuitatis pro tempore
existentis fieri debeant, et in illis faciendis aliqui
alij officiales se intromittere non possint. Nihilomi-
nus Gubernatores d.te ciuitatis eorumq officiales, et
ministri pro tempore existentes in alienam messem
falcem immittentes executiones huoi per alios quam d.tos
executores facere nituntur in maximam d.te ciuitatis
et eius quetis perturbationem Quare nobis pro parte
coitatis

civitatis, et hominum prox fuit humiliter supplicatum, ut in
premissis oportune providere de benignitate app.lica digna=
remur. Nos igitur, qui omnium subditor. nostror. presertim
peculiarium, et devotor. quietem sinceris desideramus
affectibus, hui.oi supplicationibus inclinati moderno, et
pro tempore existenti d.e civitatis Gubernatori eiusq
officialibus, et ministris sub excomunicationis pena
inhibemus per p.ntes, ne de cetero quovis pretextu aut
quesito colore per aliosq executores pred.os contra dictam
consuetudinem executiones pred.as facere aut in illis
quomodolibet se intromittere audeant, vel presumant.
Irritum, et inane decernentes si secus super his a quoq
quavis aucte contigerit attentari. Non obstantibus

constitutioni

constitutionibus ordinationibus ac quibusuis priuilegijs
indultis, et litteris apostolicis eisdem Gubernatoribus, sub
quibuscunque tenoribus, et formis concessis, approbatis, et
innouatis, ceterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem
quod executiones Potestatis pro tempore existentis
consuetum ad executiones faciendas ministrorum nume=
rum teneat quodque coitas et homines pred. quando=
cunque a Gubernatore pro tempore existente desuper
requisiti fuerint oportunum, et necessarium auxi=
lium, et consilium prebeant, alioquin presentes nullius
sint roboris uel momenti. Datum Rome apud S. Petrum
sub anulo Piscatoris Die 18 Nouembris MDXXXiiij
Pontificatus nri. anno primo. Fabius Vigil.

De

De Collaterale D. Pretoris, et eius electione cap. VI

Statuimus, et ordinamus, quod D. Collateralis D. Pretoris Ciuitatis Fulginię sit, et esse debeat legum Doctor ad minus quinque annorum, et saltem bis exercuerit simile officium in aliqua alia ciuitate, uel terra, et de simili eius administratione per lrãs. sue communitatis fidem publicam facere debeat Mag.cis D.D. Prioribus d.e ciuitatis Fulginię et pariter eisdem fidem faciat de ipsius doctoratu à tanto tempore citra per exhibitionem, et simplicem ostentionem priuilegij sui doctoratus uel per litteras sue communitatis attestantis uidisse et legisse eius priuilegium doctoratus uel saltem quod per d.m tempus se gesserit pro doctore. et sit, et esse debeat de ciuitate seu terra oriundus, que distet saltem per quindecim milliaria a ciuitate Fulginię, et de alia non

Consilium vale

eadem

eadem ex qua fuerit precessor eius in officio oriundus alias ad d.m officium eligendus proponi non possit. Et si proponeretur proposita non valeat, et eligi non possit et si elegeretur, electio sit ipso iure nulla, nulliusque roboris et momenti. Electio aut ipsius Collateralis, in qua premissa requisita concurrant, et sint à Mag.ci D.nis Prioribus

Consilium Centumuirale

et centumuirali consilio d.e ciuitatis per semestre tantum infrascriptis modo et forma fieri debeat, et alias facta non teneat, neque valeat. Vlt. Quod Mag.ci D.ni Priores facta eis fide, ut supra pro parte eligendi, seu potentis electionem illi convocare debeant more locoque solitis et consuetis coram ipsis Spectabiles cives Nouemuiros quibus ut supra conuocatis, et coram eis uel saltem maiori eorum parte existentibus, uel saltem eorum parte maiore existente debeant ipsi Mag.ci D.ni Priores, uel

unus

unus eorum primus scilicet priorum uel secundus eo absente
uel aliter impedito aliqua iusta causa proponere eligendos
et de eo propositam facere, an placeat, quod in consilio ce
Cons. Centumuirale ntumuirali fiat proposita de eo et eius electione ad
tale officium, et si obtentum fuerit per maiorem eorum
partem, quod sic fiat, et fieri debeat, postea de eo in
Cons. Centumuir. consilio centumuirali more, modo, et loco solitis, et con
suetis et in numero perfetto, et iusta consuetudinem
sufficienti congregato per caput priorem proposita fiat
an placeat talem propositum eligere ad d.m officium per
semestre tantum. Et redditis decurionum consilijs
super ea proposita, ut moris est illisque uel uno eorum
positis, uel posito prout uisum fuerit d.is Mag.ci D.nis
Prioribus, et Nouemuiris ad partitum seu scrutinium
per bussulas, et palluctas, per Canc.um numerentur suf=
fragia

fragia congregator reddita; et si compertum fuerit suffra=
gijs, et pallunctis fauorabilibus duarum partium de tri=
bus dictor Mag.cor Dnor Priorum et consiliarior quod
placeat talem propositum talem habere electionem, et
ad d.m officium esse electum ualeat et teneat sicut su
pra facta electio, aliter aut facta, nulla sit nulliusque
roboris atque momenti factaque ut d.a electio post modum
significetur, et transmittatur electo ab ipsa Coitate, et
Mag.ci SS. Prioribus per lras patentes manu Cancellarij
eorundem scriptas, et subscriptas, et sigillo consueto d.e
coitatis munitas cum insertione capitulor, ad que ser=
uanda tenetur, et sui salarij eiusque omnis emolumen=
ti et solutionis per eum faciende pro tali sibi transmis=
sa electione si eam duxerit acceptandam, quam acce=
ptare teneatur infra duos dies à die presentationis
eiusdem

eiusdem sibi factæ per tabellarium d. coīs, et infra d.m termi-
num significare d.is Mag.cis Dnis Prioribus, et coitati, si
duxerit acceptandam alias nullum ius ulterius sibi
tribuat. Et d.o tabellario dare, et soluere pro d.a portata
electione, et per eum acceptata ducatos auri duos ad
rationem undecim iuliorū pro singulo ducato, quorum
unus dari debeat d.o Cancellario alter uero pro dimidio
d.o Coi. et pro altero dimidio d.o tabellario, cui tabellario
etiam teneatur dare unum tertium unius floreni
monetæ pro qualibet die pro ipsius uiatico.

De

De Iuramento D. Collateralis D. Pretoris cap. VII

Statuimus, et ordinamus quod D. Collateralis D. Pretoris civitatis Fulginie primo die ipsius officij coram mag.ci D.nis Prioribus eiusdem civitatis, et Canc.rio eorundem et d.e civitatis stipulandi et recipienti pro ipso Co.i et omnib. et singulis quor. interest, intererit, aut interesse poterit quomodocumq. iuret, et iureiurando promittat ad sancta Dei evangelia manu tactis scripturis facere, et exercere officium sibi commissum bona fide, et omni sollicitudine, et sine fraude, adimplereq. omnia, et singula, que spectant ac spectabunt ad d.m eius officium, et ad que ipse tenetur ratione ac vigore d.i sui officij sine aliqua acceptione personar. secundum statuta reformationes

et decre=

et decreta dictę civitatis facta, et facienda ubi illa loquu
ntur, et ubi non loquerentur secundum constitutiones Marchiae
illisque pariter loqui cessantibus secundum ius Canonicum
et Civile amotis amore, odio, prece, pretio, timore omniq
alia humana gratia.

De officio D. Collateralis, et eius salario Cap. VIII.

Statuimus et ordinamus, quod ptus. D. Collateralis, et Iudex
d.e Civitatis Fulginię sit et esse debeat iustus, et equitatem
prę oculis habeat non declinans ad dexteras neque ad sinistram
stareque debeat, et morari personalr, et continuè in d.o suo officio
illudque bona fide diligenter et sollicitè exercere secundum
formam Statutor. dicte civitatis Fulginię, et secundum
quod alias iureiurando promisisse apparet in capitulo
prox.e precedenti, prebereque se promptum et facilem in au

diendo

diendo omnes in his quę pertinent ad eius officium sedere pro tribunali ad ius reddendum omnibus diebus iuridicis et debitis horis, et consuetis in loco iuridico, et tribunali eius solito et consueto, causasque lites, et controuersias tam motas quam mouendas, prout tenetur et debet secundum formam dictorum statutorum, et prout alias in precedenti capitulo audire cognoscere et defenire infra tempus ordinatum per dicta statuta iustitiam omnibus ęqua lance administrando petitiones quam exceptiones, replicationes dupplicationes defensiones testes infra et omnia alia per partes producenda prout de iure admittere, et de productis copiam petenti facere, et per se ipsum testes examinare ubi contingentia casus exigat, et requirat ubi autem non per notarium causę unum ex sibi deputatis à dicta comunitate. et debeat ipsos testes examinare in palatio ipsius, et domini Pretoris solitę residentię

nisi

Testes mulieres honeste uel egregie persone, uel infirme, aut eiusmodi impedite possunt etc. debent examinari in ecclesia uel alio loco.

nisi essent mulieres honeste uel egregie persone, aut infirme, uel alio iusto impedimento grauate, quas examinare possit et debeat in ecclesia, uel alio loco congruo, et honesto. Et facere teneatur et debeat acta quecunque, et sententias scribi per notarios a d.[a] Comitate sibi datos, et deputatos, aliter ipsa acta non ualeant. Caueregue debeat, et prudenter attendere ut in causarum suorum processibus nil odium uindicet, fauor usurpet, timor exultet, premium, seu expectatio premij iustitiam non euertat: et in omnibus que peragenda fuerint pre oculis habeat solum Deum, illius imitans exemplum, qui querelas populi tabernaculum ingressus ad dominum referebat ut secundum ipsius imperium iudicaret. Debeatque eius sententias sedendo pro tribunali scripti recitatione proferre, aliter non ualeant neque teneant. Nec possit petere, uel modo aliquo,

aliquo habere sportulas a personis d.te civitatis eiusque comitatus et districtus, incolisque et habitatoribus eiusdem pro sententijs ab eo ferendis in causis tam ordinarijs quam delegatis uertentibus quomodocumque coram eo ex quibusuis causis et occasionibus habeatque in his, et in ceteris mundas manus sitque attentus et circumspectus circa corruptores qui eum per sordes, uel alio modo reprobo corumpere attentaret, et ipsum Mag.cis D.nis Prioribus, et consilio d.te civitatis reuelare teneatur et curare pro posse, ut culpabilis in predictis pena debita puniatur.

Teneatur etiam d.tus D. Pretori notario maleficiorum ac d. Mag.cis D.nis Prioribus, superstitibus nundinarum officialibus damnorum datorum d.te civitatis, et notario tribunalis Socij militis gratis et sine aliqua mercede consilium dare ut iustitia suadebit quoties ab ipsis, aut eorum aliquo requisitus fuerit

erit. Et credentias si que sibi imposite fuerint tenere secreta suisq sumptibus, et expensis se in hanc civitatem conferre indeq recedat, munere tamen expleto. Vestes doctoreas et doctoribus consentaneas deferat, et cum opus fuerit comitetur magistratum dicte civitatis, singulis dieb. legat gratis, et interpretretur unam lectionem in iure civili iuvenibus dicte civitatis, prout fuerit requisitus, et nullam aliam mercedem, aliudq emolumentum habere debeat q. pro sigilli, et examinis testium ac decreti ac eum imponendi salarijq sui infrascripti à d.o D. Pretore assequendi. Vlt. Pro d. sigilli qualibet impressione bononenum unum. Pro qualibet examinatione testis grossum unum dividendum tamen equaliter inter ipsum et notarium cause scribentem examinati attestationem

nem. Pro decreto quocunque interponendo iulium unidquem tamen consequi non possit, si interponatur in d.o palatio sue residentie, uel in ecclesia S. Feliciani, aut domibus Epalibus. Et pro salario suo d. semestralis officij habebit florenos sexaginta ad rationem quinquaginta baiocchorum pro floreno à D. Pretore pred.o et uictum consuetum ea tamen conditione adiecta, quod si durante d.o eius officio semestrali moreretur et uniuerse carnis uiam ingrederetur (quod Deus auertat) d.m salarium non debeatur, nisi pro rata temporis, qua seruiuerit. Et eo etiam declarato, quod si in d.o tempore infirmaretur per uiginti dies, uel pauciores salarium debeatur, et non minuatur: abinde uero supra minuatur pro tempore infirmitatis. Nec habere firmam aliquam habere possit nisi obtentam à d.o centumuirali consilio, et in ultimo mense sui officij seruatis seruandis. Et quod teneatur stare ad

Syndicatum

Syndicatum finito suo officio eo modo, et tempore, quo stare
tenetur Pretor ptus cum sua familia. Nec possit appellare
reclamare, recurrere à sentia Syndicatorum supplicare, aut
dicere de eius nullitate e si secus faciat incidat in penam
ducentarum librarum denariorum ab eo ipso facto auferendarum et
dco communi applicandarum, et nihilominus factum in contra-
rium non ualeat, et sit ipso iure nullum et sententia
contra eum lata executioni demandetur. et si contra-
fecerit in predis uel aliquo predictorum in quinquaginta
libris denariorum pro quolibet puniatur applicandis ut sa
ubi alia pena non esset expressa. In ceteris conductus
intelligatur cum honoribus oneribus potestate et arbitrio consueto

De

Quia ius eligendi notarium maleficior. tam curie pretoriane q. Curie mag.ci D. Gubernatoris noviter fuit a Priore, et consiliario Hospitalis pietatis d.e ciuitatis in mag.cum commune Fulginie translatum cui Hospitali utrumq. officium pred.um cum eor. prouentibus et emolumentis. S. D. N. Pius Papa Quartus perpetuo annexit, et incorporauit per suas lr̃as in forma breuis apertis siue motus proprij sub dat. 14 Martij 1562. anno tertio subscriptas V. Mauclaranum, et de quibus l.ris in archiuio d.i Hospitalis, non immerito ad nrum officium duximus pertinere, de eor. electione officio, et salario prouidere. Statuimus igitur, et ordinamus, ut a Mag.co consilio aliquis probus, et expertus notarius forensis eligatur ad officium notariatus maleficio.

vuno

rum, et causar criminalium curię pretoriane qui sic electus prima die sui officij ad Sancta Dei euangelia tactis corporaliter scripturis coram Mag.cis D.nis Prioribus d. ciuitatis iuret, et iuramento promittat Cancellario eiusdem pnti stipulanti, et recipienti pro ipso coi camer. aplica, et omnibus quor interest, intererit aut interesse poterit in futurum, officij sui tempore continuè stare ad id exercendum illudq sollicitè bona fide, sine dolo et fraude, odio amore, prece pretio, et timore semotis exercere. Et accusationes, inquisitiones denunciationes, testes, eorumq attestationes, scripturas et causarum acta

acta nontamen, nisi de Pretoribus conscientia sollicitè fideliter, et indefessè recipere, et scribere Processus aliquos ante testium publicationem, et aperturam aliaque curie aut civitatis pred.e secreta non pandere aut revelare. Scripturas ordinatè ponere, earumque, et actorum copiam petentibus tradere, et alia omnia, et singula facere, observare, et exequi; adque, virtute d. sui officij teneatur, et secundum formam Statutor. d.e civitatis, et presertim statuti de officio eius; capitulumque istud de ipsius iuramento quolibet mense legere ut eius continentiam melius memoria teneat, et tentum melius exequatur.

De of=

De officio Notarij maleficior(um) et solutionibus per eum recipiendis. cap. X.

Statuimus, et providemus, quod notarius maleficior(um) habeat et habere debeat, ac recipere ab executore Camere ap(osto)lice d(ic)te civitatis Fulginie unum librum pro suo semestrali officio sigillatum, seu stampatum sigillo seu stampa camere ap(osto)lice per singulas eius chartas et numeraliter signatum, et chartulatum manu notarij camere d(ic)te civitatis, in quo scribere teneatur omnes processus inquisitionum accusationum, et denunciationum quas ex officio aut ad alicuius instantiam fieri contigerit, et sententias desuper per pretorem ipsum ferendas, et non in alio quovis libro nec aliter, nec

alio

alio modo processus, et sententias Ludi nullo modo scri
bere audeat vel presumat sub pena ducentar librar dena
rior camere aplice, et coi Fulginie pro equali portione ap
plicandar. Quem librum postea in fine sui officij teneatur
et debeat consignare exactori Camere pte aut Notario dte
Camere in publicam formam tradendum postea per
dm exactorem, aut Notarium Camere successori notario
maleficior pro pendentium expeditione. Debeat etiam
ipse notarius habere librum precessoris sui a do exacto
re, seu notario in principio sui officij pro pendentium
expeditione, quam facere teneatur durante suo
officio sub pena 25 librar denarior ab eo auferendar
et ut supra applicandar pro quolibet processu non
expedito. Teneatur etiam sequenti die post habitam
informationem

informationem et notitiam cuiuscumque delicti perpetrati
notulam eiusdem, et inquisitionis copiam post quam scripserit
inquisionem in d.° libro ubi per inquisitionem procedetur
ad Cameram applicam transmittere sine mercede aliqua
ut occultandi delicta quae non debent impunita rema
nere omnis tollatur occasio. Teneatur etiam ad Mag.
D. Gubernatoris aut Pro.ris fiscalis d.ae ciuitatis requi
sitionem eius librum bastardellum, et in filsas osten
dere, et exhibere, ut cau. termini uideri possint, et si sint
nt expediti uel non. Insuper accusationes querelas
et denunciationes quae coram d.° D. Pretore datae fuerint
recipere, et scribere in d.° libro saltem infra quintum
diem

diem post ipsarum exhibitionem, et idem facere de omnibus
defensionibus, articulis, depositionibus testium, et alijs qui=
buscunque actis, non tamen sine d. Pretoris conscientię solli=
citè, et fideliter. Nec debeat processus aliquos ante testiū
publicationem, et aperturam alicui reuelare, aut eorum
copiam tradere. Neue secreta curie et cōis ciuitatis Ful=
ginię cuique manifestare. Teneatur etiam scripturas om=
nes in d.o libro ordinatè ponere infra quintum diem postquam
datę fuerint, et actorū oium copiam petentibus tradere
ea die uel sequenti qua petita fuerit scripturas omnes
sibi commissas à Pretore publicare, nec euitare eas aut=
enticas dare infra octo dies postquam fuerint petitę sine
aliquo

aliquo pretio. Et si commodè id facere non poterit dare ipsas parti uel partibus in continenti cuicunque notario uolent partes ad exemplandum ad mandata d. D. Pretoris et si recusauerit pro unaquaque uice incurrat penam 25 librarum denariorum, ut supra applicandarum, et denumtiatoris sacramento credatur. Teneatur etiam expeditis processibus sententias condemnatorias, seu absolutorias in membranis consignare notarijs condemnationum, et eorum officio iux.ta d. capitulorum, et statutorum dispositionem, et expeditis processibus per sententias non possint ulterius ad aliquem actum, seu ad aliquam abolitionem procedere in chartis bambacinis super processibus per sententias expeditis. Et teneatur statuta, reformationes et decreta d.ae ciuitatis tam facta quam facienda obseruare

et

et operam, consilium auxilium dare Pretori ad conseruanda
ea, et omnia eorum capitula, dictumqß commune, et par=
ticulares personas ciuitatis, comitatus, et districtus pre=
dicti in bono Statu, et securitate. Teneatur etiam tempore
d. sui officij continuè stare ad id exercendum, nec aliquam
mercedem petere seu habere possit ab illis qui accusatio=
nes querelas, et denunciationes proposuerint coram
Dño Pretore, seu coram Sede conscientia Pretoris, sed
illas recipere teneatur, et scribere gratis, et sine ali=
quo premio. Nec petere possit uel exigere aliquid ratione
et causa inuentarij bonorum quod ipsum facere seu
fecisse contigerit, nisi secuta cum effectu publicatione
seu sententia publicationis bonor eius qui delinquerit sub
pena

pena 25 ducator(um) auri qualibet uice incurrenda, et ap=
plicanda ut s(upr)a, et restitutionis exactè faciendę illi
à quo uel de cuius bonis fuerit exactum, qua secuta
debeatur sibi merces pro d(ic)to inuentario prout infra.
Et minus aliud quicq(ue) petere, uel exigere possit per se
uel alium ultra id quod fuerit sibi per statuta pred(ict)a
concessum, et ordinatum quodq(ue) non emet, nec emi
faciet aliquid fraudulenter. Habere aut(em) debeat no=
tarius maleficior(um) pro scriptu cuiuslibet instantię
siue actus simpliciter coram potestate eiusq(ue) officio
bononenum unum monetę currentis; et si conti=
gerit in una instantia siue uno actu aliquas scrip=
turas produci, unam uel plures aut testes induci
aut

aut iurare bononenos duos monetæ pred.e pro qualibet
responsione facienda alicui processui siue inquisitioni
cum cautione prestanda de stando iuri, et soluendo
omnem penam, et accipere possit ab inquisito seu res=
pondente bononenos quattuor ut supra. Et si contigerit
responderi per plures personas inquisitas pro uno et eo=
dem met delicto, et uno tm processui, habere possit bo=
nonenos duos à quolibet respondente, dummodo merces
non excedat summam duodecim bononenorum etiam si
fieret responsio per personas n.o 28. et ultra. Item
pro rogitu alicuius mandati procurationis bononenos
quattuor. Item dicimus pro rogitu cautionis de non
offendendo uel de se representando, et similibus U.to
habere

habere poſsit bononenos quattuor pro qualibet parte fideiusben=
te seu cautionem prestante, etiam si plures, et uarię
personę interuenirent in una parte. Pro logitu exami=
nis, seu depositionis alicuius testis habere poſsit bo=
nonenos sex pro quolibet teste diuidendos inter ipsu
et dominum Pretorem, aut alium Judicem exami=
nantem, et non ultra, etiam si examen fieret sup
diuersis, et numerosis articulis, et sup materijs, et
corporis afflictiuis citra mortem. Si uero in cōis
capitalibus bononenos duodecim accipere poſsit di=
uidendos, ut sᵃ. Pro logitu alicuius sentię absolu=
torię ferendę ad instantiam partis, et ex officio,

Si

Si fuerit pecuniaria accipere possit bononenos sex
si uero corporis afflictiua bononenos duodecim siue=
rò capitalis bononenos uiginti. Item dum contigerit
aliquem processum cassari, et aboleri ad instantiam
alicuius id fieri petentis, si fuerit pro pęna pecu=
niaria à libris quinquaginta infra cum registro ha=
beat bononenos octo à quinquaginta usque ad centum
bononenos duodecim, abinde uero supra pro qua=
cunque summa bononenos uiginti quattuor in totum,
et non ultra; pro corporis afflictiuis bononenos
triginta, pro capitalibus uero carolenos octo mo=
netę currentis. Declarantes quod nemo cogi
possit

posſit inuitus ad abolendum aliquem processum, seu ali=
quam condemnationem pecuniariam corporis afflictiuã
siue capitalem. Pro extractionem alicuius sentię in
publicam formam si pecuniaria continens summam
librarũ centum habere posſit bononenos uiginti abinde
uero supra pro quacumq; summa bononenos triginta, pro
corporis afflictiuis bononenos quatraginta. Pro extra=
ctione acc.^o sentię de et super morte naturali habeat
carolenos decem monetę currentis, ut s.^a Pro copia
simplici alicuius scripturę, aut procesſus seu deposi=
tionum testium habeat bononenum unum cum di=
midio alterius bononeni pro qualibet charta scripta

ab

ab utraq. facie continente lineas seu uersiculos decem, et octo, et quelibet linea debeat continere dictiones octo plu=
vium syllabaz. si uerò in publicam formam petere possit bononenos trespro qualibet charta scripta ab utraq. facie, ut s.a Pro confectione, et logitu alicuius inuentarij faciendi de bonis aliquod maleficium committentis, si in ciuitate Fulginie exigere possit. florenum unum si uero in comitatu, et districtu florenos duos monete currentis modo, et forma ut s.a declaratis. Pro retrahe=
nda accusa facienda ab aliquo accipere possit bonone=
nos octo pro qualibet accusa retracta. Pro logitu pnta=
tionis alicuius commissionis habeat bononenos duos. Pro scriptura lraz citatorialium, et inhibitorialium cum

insertione

insertione commissionis, seu commissionum accipiat pro sua mercede bononenos octo. Et premissa oia, et sing.a obseruare, et adimplere teneatur bona fide sine dolo fraude odio amore prece pretio, et timore. Et si contra fecerit in premissis uel aliquo premissor. in quinquaginta denarior. libris pro quolibet, et qualibet uice puniatur ubi non esset apposita pena applicandis d. coi. Et premissa Statuimus hoc semper intellecto, quod per suprascripta capitula non intelligatur preiudicari capitulis D. D. Pretoris, et statutis ciuitatis de processibus expediendis infra certum tempus, que in suo robore permanere, et secundum eorum dispositionem, et continentiam obseruari uolumus, et mandamus.

De

Idem dicimus et ordinamus fore et esse seruandum in ele=
ctione Canc.rij ac notarij maleficiorum curie Mag.ci S. Gubris,
qui omnes l[itte]ras a Mag.co S. Gubernatore siue l[ocumtenen]te d[ic]te ciui=
tatis exarandas cuicumque et quandocumque super ma=
terijs criminalitatis tantum scribere, et conficere te=
neatur, et pro scriptura, et confectione quarumlibet
l[itte]rarum habeat pro sua mercede bononenos duos monete
currentis, et pro sigillo, et subscriptione p[refa]ti S. Gubris
siue l[ocumtenen]tis bononenos quatuor, et sic in totum bono=
nenos sex. In reliquis uero dictum Canc.um et notarium
maleficiorum omnibus, et sing.lis obligationibus, taxis, et penis
in proximo precedente capitulo contentis obnoxium
fore, et subiacere uolumus, et ordinamus. De

De socijs militibus D. Pretoris eorumque iur.to et officio Cap. XIII

Statuimus, et ordinamus, quod socij milites D. Pretoris prima die incorationis eor. officij teneantur, et debeant sese coram Mag. D.nis Prioribus ciuitatis Fulginie pro tempore presentare, ibidemque coram eisdem iurare ad sancta Dei euangelia corporaliter manutactis scripturis et iureiurando promittere (et ita extunc teneantur) ipsorum officium fideliter, et bene exercere commissionesque sibi à quocunque pro tempore iux dicente in d.a ciuitate ac à Mag.cis D.nis Prioribus, seu prefectis quibuscunque consulibusque d.e ciuitatis datas debite executioni mandare ipsasque executiones, et pignora

cui

cui de iure, aut ex forma statutorum debeant consignare
Baractarias, et simonias extortionesque ac illicitas executiones
non facere, et fieri non facere sub pena 25. librarum denariorum
t pro qualibet uice et quolibet predictorum casuum per ipsos
ipso facto damnabiliter incurrenda et communi Fulginij
applicanda. Necnon quotiescunque Gubernator dicte ciuitatis
uel eius lnz protempore mandauerit, seu postulauerit
cum sua familia in nummero sufficienti per dictam
ciuitatem, eius teritorium, et districtum, pedester, uel
equester prout casus exegerit, sine aliqua exceptione
omnique mora posposita ad quascunque commissiones exe=
quendas contra quoscunque personaliter accedere illasque
pro posse debite executioni mandare sub pena 200 li=
brarum

brar denarior ipso facto per ipsos incurrenda, et Camere aplice
et coi Sulmonie proportionabilr applicanda ac omnium ex=
pensar damnor, et interesse d. communis d.de caussa, Ci
uitatemq predictam eiusq territorium, et districtum
homicidis, latronibus furibus, ceterisq malis hominibus
pro posse purgare. Contra portantes arma tam offen=
debilia, q. offendebilia diu noctuq inquirere, et porta=
re repertos captiuos pro posse facere, et contra eos pro
pena incursa iux formam statutor sine personar
discrectione procedere usq ad debitam exactionem
pene predicte statutaq et ordinamenta d.e d. ciuita=
tis tam edita q edenda ad unguem seruare om=
nesq

neſq condemnatos d. civitatis uel in ea, aut eius terri=
torio degentes, eorumq fideiussores donec ipsas condemnationes
que in iudicatum transierint cum effectu exolverint, in
ere, et persona constringere, Carceres d. civitatis, et in eis
pro tempore carceratos quoscumq suo ipsorum periculo et for=
tuna custodire et saluare ab ipsis carceratis culpabilibus
tamen uel obnoxijs Fulginatensibus, uel in d.a civitate, aut
eius territorio et districtu habitantibus omnino exceptis
ultra bononenos sex monete currentis pro quolibet et qua=
libet die, si eisd. per curiam D. Pretoris expensas submi=
nistrari contigerit exigere non possit, ad quas expensas
recipiendas cogi non possint, nisi starent in secretis. Sin
aut de suo aut eis donato, uel aliter vixerint bononenos
duos, et non plus accipere nihilq aliud ab eisdem pro ip=
sorum

sorum captura excarceratione ferraturisue, aut sferraturis recipe
re aut exigere possit. Per ciuitatem pred.tam eiusque districtum cum
dissolutione non uagari in turpes lascivias, aut iniurio
sas contum alias contra quoscumque non prosilire omniaque alia
et singula facere dicere, et exercere, et ab eis se abstinere
teneantur in formam, et tenorem contentorum supra in
cap.lo de iuramento D. Pretoris et eius officio aliorumque statu
torum et ordinamentorum d.te ciuitatis sub pena 25 librarum denariorum
pro qualibet uice per ipsos ipso facto incurrenda et d. com.i ap
licanda in quolibet dictorum casuum. Et quia dum ad
ciuilia intendunt arma, et alia ad eorum officium perti
nentia dormiunt, et retardantur statuimus et ordi
namus, quod socij milites D. Pretoris presentes, et qui pro
tempore fuerint non possint, nec debeant se sito modo

aliquo

aliquo intromittere aut cognoscere de aliqua questione lite
seu ca. civili rei vel summe excedentis tamen summam
viginti iulior papalium monete currentis Caussas verò et
lites a summa decem iulior supra per nrum. tribunalis sui
perd. comitatem pro tempore eligendum vel ex buxolo ex-
trahendum cognoscendas per suos iudices remittere tene-
antur et si se in eis intromiserint aut de eis cognove-
rint non valeant ipso iure nec quod per eos factum
aut cognitum fuerit possit modo aliquo executioni mandari
et nihilominus ipsi socij milites in premissis et quoli-
bet premissorum contrafacientes ipso facto vice qualibet
incurrant in pena 25 librar denarior ab eis defacto au-
ferendorum et d. coi aplicandor ut supra

De

De electione Iudicis appellationis eiusque iur.tio officio, obligationibus, et Salario Cap. XIII

Sed quoniam appellandi usum quam frequentem esse et necessarium iura testantur: idcirco statuimus, et ordinamus, quod in ciuitate Sulsimonis unus appellationum Iudex eligatur his modis, et forma Vt. Quod Mag.ci DD. Priores d.ae ciuitatis pntes, et qui pro tempore fuerint ubi casus exegerit, teneantur, et debeant maioris campane sono premisso, ut moris esse conuocari facere nouemuiros d.ae ciuitatis pro tempore et subinde Mag.cum centumuirale consilium in palatio eorum solite residentie ibidemque seruatis de more seruandis iuxta formam eligendi traditam supra in tit.o de electione D. Pretoris, eligatur in Iudicem appellationum d.ae ciuitatis per semestre

Consil. Centumuir.

mestre aliquis forensis de loco distanti à d.^a ciuitate, et eius territorio ad minus per quindecim milliaria iuris peritus et in iudicatus officio, uel preture bis ad minus exercitatus, de qua iudicatus officij aut preture exercitatione ante omnia eisdem Dnis Prioribus per patentes lr̃as, aut aliter legitime plena fiat fides et indubitata, alias electio ipsa fieri non possit, et facta nullatenus ualeat aut teneat. Qui uenire debeat in dictam ciuitatem in termino sibi electionis lr̃is declarato, et prefixo cum uno ad minus famulo idoneo et per ipsum toto tempore sui officij pro suo seruitio retinendo omnibus ipsius sumptibus incomodis, et periculo. Teneaturque ante ingressum d. sui officij iudicatus iurare coram Mag.cis Dnis Prioribus pro tempore existentibus

existentibus legumque conseruatoribus eiusdem Cam.re d. Ill.me civitatis
pro ea et Camera ap.lica, et omnibus quorum interest, et
interesse poterit stipulanti sub sancta Dei euangelia cor=
poraliter manu tactis scripturis dictum indicatus of=
ficium pure bene ac fideliter facere, et exercere perti=
nentiaque omnia, et singula ad illud in totum pro posse
facere. Debeatque in ingressu d.i officij consignare Camera=
rio d.e cois Fulginie pro d.o coi recepturo pretium, et uale=
rem unius patere argentee libre unius bone, et legae
bononensis eidemque Camerario fidem facere sufficien=
tem de solutione facta de taxa sui officij quam se=
cretarijs ap.licis sui ipsius sumptibus soluere tenea=
tur manu d. exactoris Camere ap.lice eam recept=
ri

ri pro d. RR. Secretarijs, et alias ad effectum admitti non pos=
sit, et admissa facta non teneat ipso iure, et nihilominus
incurrant tam d. Mag.ci D.ni Priores et legum Conservatores
ipsum aliter admittentes quam ipsius Iudex sic indebite ad=
missus in penam centum librarum denariorum pro parte qua=
libet ab eis ipso facto auferendarum et com. Fulginie appli=
candarum ut s.a In caussis appellationum nullitatum
seu recursus tam in procedendo quam in decidendo in primis
statuta, et ordinamenta d.e civitatis tam etita quam ede
nda sequi et servare teneatur, illaque ab appellatoribus
de nullitate dicentibus seu recurrentibus, et ab appella
tis et his contra quos fuerit de nullitate dictum aut
recursum principaliter vel incidenter custodiri sequi

et servari

et seruari facere et ubi ex his occurrenti casui prouisum non apparet ius custodictionum, et inde ius canonicum et ciuile prout casus, et facti contingentia suadebit. Non etiam possit, nec debeat tam in criminalibus q̄ in ciuilibus, seu mixtis sentiam ferre prout in cedula; sed illam et illas in scriptis legere debeat ad solutum ius dicendi locum pronunciando male, uel bene iudicatum, et appellatum absoluendo uel condemnando partes uel aliter sententiam uel sententias reformando in totum, uel in partem prout res exegerit. Nec possit de caussis coram eo agitandis inter Fulginates aut inter forentes, et Fulginates siue per uiam appellationis de nullitate dictionis, aut recursus siue per alium quemcumq; modum,

etiam

etiam si commissarie sint sportulas, uel aliud quoquomodo
a subiiciatibus recipere petere uel exigere, et si recipiat
petat, uel exigat ultra recepti, et exacti restitutionem ad
quam ipsum omnino teneri uolumus et penam periu
rij incidat uice qualibet, in penam 25 librarum denariorum ipso
facto d.º Communi applicandorum ut supra. Teneaturque et
debeat continue in d.ª ciuitate in mansione, et loco sibi
per d.m commune deputando et constituendo habitare honori
fice pro ipsius qualitate officij nec ex d.ª ciuitate recede
re possit absque licentia consilij d.e ciuitatis extra eam per
noctando sub pena in pred.is et quolibet predictorum casuum
25 librarum denariorum ipso facto incurrenda, et applicanda d.º
cõi

coi ut supra. Item teneatur iuuenibus d.e ciuitatis, et dis=
trictus ipsum requirentibus legere, et interpetrari die quali=
bet unam lectionem in iure ciuili ad ipsorum electionem, et
gratis, et sine aliqua mercede. Teneatur insuper et debeat
soluere tabellario d. cois electionis et capitulorum latori in
illo tunc ducatum unum auri pro Canc.rio d.i Cois qui
electionem et capta scripserit equis portionibus inter
coitatem ipsam et ipsum diuidendum, et insuper sol=
uere d.o tabellario bononenum unum pro quolibet millia=
rio pro suo uiatico. Hoc addito quod si idem Iudex electio=
nem ipsam duxerit acceptandam de premissa ipsius
acceptatione per suas lras, uel aliter legitime per d.um tabel=
larium

larium d. Mag.cos d.nos Sn.os Priores certiores faciat atq. electio sit ipso iure nulla, et ea amplius uti, et iuuari non possit. Teneatur deniq. finito eius officio stare per quattuor dies continuos coram Syndicatoribus pro tempore deputandis, ac ex buxolo extrahendis ad Syndicatum sue ipsius uillicationis rationem redditurus, quibus teneatur soluere de suo salario florenos quattuor monete papalis pro eorum salario. Quorum sententie condemnatorie stare et acquiescere teneatur, et debeat. Addentes quod idem Iudex tempore assumptionis officij iurare teneatur, et a d.o prestito iur.to absolutionem non petere nec peti facere, nec obtenta uti et caussa, et occonem d.e sentie uel sentiar. tempore pred.o con eum late seu latar. et dependentium ab eis non appellare

appellare, de nullitate non dicere non supponere non querelare
nec superioris officium imploiare nec aliquam aliam impetra
tionem facere. Et si fuerit appellatum de nullitate dictum
supplicatum querelatum superioris officium imploratum,
aut quid aliud modo aliquo impetratum, oīs appellatio de
nullitate dictio suplicatio querela imploratio aut im
petratio cuiuscumque tenoris, et a quocumque emanate sint
ipso iure nulle, irrite, et inanes, et ex tunc prout ex
nunc, et e contra pro non factis non obtentis, nec con
cessis haberi uelle, et perinde haberi ac si facta concessa
obtenta et impetrata non fuissent, et nihil ex his sen
tie cōn eum late executio nullatenus iṗediatur.
Addentes quod in absentia Iudicis appellationum pri
uel

uel ipso atu. legime impedito, Gubernator pro tempore d.^e Ciuitatis
oes et singulas caussas secunde instantie audire cognoscere, et
iux statuta pred.^a ac alias prout iuris fuerit terminare pos=
sit et debeat. Pro suo aut salario d.^i sui semestralis officij
idem Iudex habeat, et habere debeat, et habebit ab execu=
tores Camere aplice Fulginaten flor. 72. papales eidem de
bimestre in bimestre mediante bullecta Mag.^cor D.nor Priond
pro tempore persoluendos declarantes, quod si ipsum d.^o suo
semestrali officio durante egrotare contigerit (quod Deus
auertat) et egritudo sit a 20. diebus ultra quod ultra
d.^os 20. dies sibi salarium aliquod non currat, sed d.^e coi. appli=
cetur. Et si moreretur (quod multo magis Deus auertat)
salarium sibi debeatur pro tempore quo uiuens seruiue=
rit, et non ultra. Et pp.^ter d.^m salarium sibi forte non solutum
ut s.^ta aut per aliquam condemnationem con eum latam a
syndicatoribus ut s.^a represalias con dictam coitatem impe=
trare non possit, nec debeat, nec eis ullatenus uti.

De

De electione, et officio notarior. cau. ciuilium cap. XIV.

Ne falsa iniqui Iudicis assertione innocens litigator opprimatur neq. falsitas ueritati preiudicet aut iniquitas preualeat equitati statuimus, et ordinamus, ut ad scribendum omnia acta, et scripturas ciuilium caussar ciuitatis Fulginie imbuxulentur in buxulo cois d. ciuitatis oes et singuli notarij de eadem in ea degentes seruatis tamen seruandis et facta uacatione ab officijs per tempus et tempora sm formam statuti infra in tit. de extractione notarior. et eor. uacatione deinde singulo semestri in loco palatij residentie D. Gubernatoris extrahantur ex buxolo pred. et publicentur nouem notarij quor. duo stanti conquistori

et tempori

et temporibus de sero in palatio pti. D. Gubernatoris ad scri=
bendum acta ciuilia eiusd. et alia quecunq. ciuiles eas con=
cernentia. Tres deputentur ad tribunal Collateralis D. Pretoris
ris d. ciuitatis similiter congruis horis et temporibus de
mane similiter ad acta ciuilia procurationes tutelas cu=
ras insinuationesq., et decreta quecunq. et ab eisdem de=
pendentia, et alia quecunq. in eorum libris redigenda. Duo sint
in domo residentie D. Iudicis appellorum super appello=
nibus, et copiandis processibus caussarum ciuilium et
protestationibus, et aliis scribendis. Alius uero sit in ban=
ca socii militis dicti D. Pretoris circa summaria cognos=
cenda, et decidenda die qualibet incessanter assistens.

Ultimus

Ultimus vero adsit ad bancam proconsulum mercantie dictæ
civitatis ad et civilia scribenda et alia ad d.m tributal nece
saria. Addentes, quod notarij pred.i teneantur, et debeant
seriatim et per ordinem ponere, et scribere acta predicta
procurationes tutelas, curas, et insinuationes predicta in
corpore libri, et non in marginibus sub pena 25 librarum de
nariorum vice qualibet actorum ipso facto incurrenda, et co
sulzinie applicanda. Nullusque notarius de pred.is qui fuerit
per sex menses in aliquo dictorum officiorum possit aut debeat
ad d.m officium aut in d.o officio esse aut eligi in dead sex
menses a die depositi officij. Et si aliter eligeretur electio

non teneat

non teneat, et acceptans puniatur pena 25 librar. denarior.
ipso facto incurrenda et coi Fulginie applicanda. Possit
tamen Notarius, qui ad aliquod officium de predictis ex=
tractus extiterit, si illud per se exercere noluerit vel
non potuerit, alium loco sui idoneum tamen et ad d.ª
officia bis ad minus exercitatum eligere, et deputare
precedente tamen generalis consilijs approbatione cauta
nec aliter nec alio modo Loe vno. Vt. ut tres de notar=
ijs pred.is in d.o consilio proponantur, et qui pluribus ex
suffragijs obtentus fuerit tali sublogatione fruatur et
talis electio, et deputatio valeat et teneat per inde q.
habeatur ac si ex buxolo pred.o iux. formam predictum
fuerit

fuerit facta extractio. Et quilibet de notarijs predictis
per semestre tantum stet, et scribat sub Iudice, et cum
Iudice suo ad locum, et bancum sibi deputatum, nec
possit, aut debeat coram alio Iudice aut in alijs cau
sis seu questionibus scribere sub iam d.a pena applicand
ut s.a nec quisq notarior. pred.or possit scribere in aliqua
caussa in qua alius scribere inceperit donec primi no=
tarij durabit officium sub iam dicta pena applicanda
ut s.a exceptis infirmitate iuxta absentia uel alio pro
babil. et a iure considerato impedimento scribentis
notarij pro casu si litigatoribus placuerit possit nota
rius ipse alium eque idoneum neutriq partium sus

pectum

pectum, et exercitatum, ut s.a loco sui sublogare partib.
aut discordantibus notarius eligat accedente Iudicis
consensu, dumtamen omnis cesset variatio in modo
unum modo alium eligendo. Nullusq de notarijs pred.
possit vel debeat in palatio, in quo offm exercet aliquam
procurationem pro alio facere nec propriam caussam
incipere seu movere coram Iudice ad cuius bancam
seu tribunal ad scribendum deputatus existat du=
rante eius officio, et si contra fieret processus tuoi
sit ipso iure nullus, et contrafaciens incidat in
penam 25 librar. denarior. vice qualbet in qua con=
trafecerit applicanda ut s.a Et quod scripturis in
causis

Notarius Actuarius n. potest esse Procurator etiã nec litẽ movere corã Iud. cuius est Not.

caussis ciuilibus publicis iudicialiter productis, et registratis copiatis, et apud notarios repertis licet originalia iuxta restituta fuerint seu deperdita plena adhibeatur fides prout publicis restitutis uel alias deperditis. Et scripture notariorum predictorum mortuorum uel absentium si reperirentur abbreuiate uel ceterate intelligantur, et sint ac habeantur pro extensis, et plenam faciant fidem prout si essent extense. Et quia ad tollendam detestabilem perniciosamque consuetudinem notariorum bancarum caussarum ciuilium ciuitatis omnino in quantum possumus procedere intendimus, ex qua materia in filsas librosque originales occultandi, et subtrahendi, litigia propter actorum inordinatorum seriem in longum protrahendi, et alia

a iure

a iure prohibita faciendi plurimum asserebatur, propter as=
signationem in filsarum et librarum in eorum originalibus tam pro=
curatoribus, et aduocatis ipsis quam Iudicibus de causis
cognoscentibus statuimus et ordinamus ut notarij ba=
ncarum caussarum ciuilium predictarum ubi uel a partibus
ipsis uel altera ipsarum illarumue procuratoribus uel
aduocatis aut a ius dicentibus de inspectione, et tran=
sportatione processus fuerint requisiti non in originalibus
ipsis sicuti hactenus factum esse comperimus, sed in de
Processus ac: partium communi exefacto registro processum ipsum
comodari debet partibus ipsis alternatim et prout res exegerit, et ordo
nolenti copias iudicij postulauerit a Iudicibus ipsis accomodent facien=
& offerant se do prius in eorum bastardellis seu actorum libris specialem
sribere recepu:
tas et obligare
restituere
mentionem

mentionem de premissa assignationem registri de anno mense
et die assignationis, et de persona cui assignatio facta sit, et eius
inscriptione manu propria recipientis registrum si scribere
sciat uel eius procuratoris si screbere nesciat, et cum
expressa penalis promissione de transportando registrum
pred.ᵈᵘᵐ ad certum statutum terminum ad partis alterius
requirentis instantiam. Habebunt aut et habeant
notarij predicti de ipsorum actis, et scripturis mercedem
iux. et s.ᵐ formam taxe inferius descripte in tit. de mer-
cede notariorum. Et si contra fieret puniantur notarij
in libris 40 denariorum uice qualibet et quolibet dictorum
casuum, et applicandis, ut s.ᵃ Teneanturque ad omnia damna
expensas, et interesse partium litigantium uel alterius
ipsarum, et priuatione dicti sui officij.-   De

De Syndicatu officialium ciuitatis Fulginie Syndicatorumq; electione et officio. Cap. XV.

Cum rationi, et iuri congruum sit ut quilibet uillicationis sue rationem suo tempore reddat, Statuimus, et ordinamus quod omnes, et singuli Iudices, et officiales dicte ciuitatis finitis ipsorum regiminibus, et officijs stare, et morari debeant in ciuitate Fulginie ad Syndicatum reddendo rationem de gestis, neglectis, seu omissis tam per eos quam per eorum familiam, et familiares in eorum officijs, et regiminibus prout diximus in cap. cuiuslibet Iudicis, et officialis, de quibus supra mentionem habuimus et quatenus in aliquo caplo. de officiale seu Iudice loquente id omissum fuerit sub hoc genli caplo. includatur, et dispositum intelligatur. Electio uerò Syndicatorum Mag. D.

Subris

Gubernatoris fieri debeat modis et formis de quibus in l[itte]ris
Ap[osto]licis in forma Brevis obtentis, et de quibus seu capit[ul]o de
Gubernatore habetur Syndicatores aut D. Potestatis Colla=
teralis et Iudicis appellationum, et eorumdem et cuius=
libet ipsorum familie officialium et familiarium elijantur
§. 1. hoc modo* fiant duo bussula in quorum altero imbussu=
lari debeant per Mag.[cu]m Consilium d[ict]e Civitatis, vel deputa=
tos ab eo legum doctores modo et forma, de quibus sub tit.
de Advocato Mag.[c]e Civitatis in altero vero imbussulentur
Centumvir. Cons. omnes cives de consilio centumvirali, et finito officio cu=
iuslibet ex pred.[ict]is iudicibus, et officialibus Mag.[c]i D[omi]ni
§. 2. Priores* una cum conservatoribus legum accedant ad
locum capse ubi predicta bussula conservatur, et per
Canc.[ellariu]m de capsa extractis buxulis p[redic]tis, ex uno extrahan=
tur

tur unus Doctor, ex altero extrahantur tres cives et ex
buxulo procurum facto ad patrocinandum nolentibus
petitiones uel querelas dare extrahatur unus notarius
qui sit futurus actuarius dictorum Syndicatorum pro qua
libet semestre quo officialis sindicandus in officio per=
§. 3. mansit. Qui sic extracti a p̄tis Mag.cis D̄nis Prioribus
uocati in manibus Canc.rij iurare teneantur dictum
eorum officium se bene, et fideliter gesturos, et per duos
dies ante q̄ incipiat aliquis officialium predictorum
stare ad syndicatum syndicatores p̄ti. teneantur
et debeant sub uinculo prestiti iuramenti, et sub pe=
na 25 librarum denariorum a quolibet ipso facto incurre=
nda

nda, et auferenda et cummuni fulzinię supplicanda tran=
smittere per castra villas, et loca comitatus dictę ci=
vitatis, et eorundem castror, villar, et locor syndicis
precipere ut eorundem hominibus notificent qua die
principiet officialis ptus stare ad syndicatum. et
per diem anteq incipiat idem officialis syndicari emit=
ti faciant bandimenta per loca solita d.ę civitatis,
quibus innotescat intimetur dies syndicatus pti of=
ficialis syndicatus aut incipiat statim post elapsos
dos d. dies incipiendo de mane et die qualibet quo ptus
§.4. syndicatus durabit sedere debeant syndicatores

in palatio

in palatio solitę residentię d. Potestatis ad bancum iuris duabus vicibus Vlt. demane, et desero terpulsata prius qualibet vice campana magna d.ᵗ cois, et emissis bandimentis per loca solita d.ᵗę civitatis que habeant locο citationum et ex supradictis officialibus quilibet Syndicandus stet per dies sex ad syndicatum, et infra tres dies dentur, et recipiantur petitiones omnes, et querelę dandę contra olim officialem eo tempore syndicandum eiusdemq. familiam et familiares, et ulterius.

De

De Nundinis faciendis in Civitate Fulginie earumq. Presidentib. et eorum officio Cap. XVI

Cum ex nundinis civitati in qua fiunt honor resultet, et utile hominibus eiusdem sequatur, et commodum, statuimus et ordinamus ut quolibet anno fiant nundine in dicta civitate, et dni Priores d. civitatis qui fuerint de mensibus Jannuarij et Februarij curent et faciant sub pena eor. prestiti iuramenti et 25 librar. denarior. ipso facto incurrenda, et d. coi respective applicanda ut anno quolibet de mense Februarij, die 18. eiusdem tempore extractionis magistratus

§. 1. dnor. Priorum, et alior. officialium ac prefector. d. civitatis extrahantur ex buxulo d. cois in quo omn

---

Nundinas instituere n. possunt decuriones de consilio cum immunitatibus, et exemptionibus, et franchitijs à gabbellis A sed bene possunt instituere Mercatus immunes, et francos à gabbellis etiam sine concess. Principis Corell. ad Bull. Bon. reg. cap. 31. n. 23 cum segg. usque ad 236. dd. in l. i. ff. de Nundin. sed decuriones possunt moderari mercatoribus postum. cum Strac. de Mercat. [illegible] 4. n. 51. Corell. d. cap. 31. n. 231 Non omnes Mercatus possunt dici Nundine, sed bene omnes

A nisi ex concess. principis vide Conùot. ad Stat. Eugub. lib. i. rubr. 66. Resum. 9. 264.

22. Quando Mulier creditrix anterior vult pro summa sibi debita capere bona Viri, seu alterius sibi pro dote obligata, contra quae adsunt etiam alij creditores posteriores, possunt ipsa Mulier, et creditores ponere extimatores, et cogere duos proximiores illius contradae ubi bona iacent, ad extimandum, et pro inventa quantitate Mulieri adiudicare, aliasque fit per Curiam, et Iudicem, coram quo est quaestio ut infra in Lubr. 45. fol. 179.

23. Nisi tamen Creditores offerrent creditum, et ita Mulierem dimitterent, quod bene facere possunt, ut infra d.a Lubr. 45. fol. 179.

A quod extenditur etiam ad Auxiliarios Laicos, et etiam ad Cessionarios Conciol. ad Stat. Eug. lib. 2. Lub. 27. n. 29. et n. 31.

24. Licet Iure communi nemo cogatur compromittere Cirocc. discept. 36. n. 35.

24. Secus tamen est iure Statuti Cirocc. discept. 2. n. 71. vers. verum A

25. In dubio pronunciandum est non esse compromittendum Cirocc. d.a discept. 36. n. 57.

26. Intellige ut in dubio sit pronunciandum non esse compromittendum quando agitur inter extraneos, secus si agatur inter coniunctos, interquos in dubio pronunciandum est compromissum esse faciendum ~~Cirocc. d.a discept. 36. n. 55.~~ Gratian. discept. 536. n. 9.

27. Ita intellige, ut in dubio sit pronunciandum, ut non fiat compromissum, si lis non fuit diu agitata, nam si lis fuit diu agitata, tunc in dubio pronunciandum est, ut compromittatur Cirocc. discept. 36. n. 55.

‡ ad Statut. Mediolanen. p. 2. cap. 3. n. 205. 28. A Decreto fieri compromissum vigore Statuti non datur appell.o Marinell. ‡

A Sententia lata ab uno ex Arbitris alio absente est nulla Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 2. Lubr. 27. n. 31.

B Sententia in qua mandatur fieri compromissum habet vim diffinitivae Conciol. ubi prox.e n. 37.

C Mandatum speciale an requiratur ad compromittendum, vel sufficiat generale cum libera sunt, qui tenent proximam, et ~~principem~~ alteram partem, de quibus Conciol. ibid. n. 40. et seqq.

D Causa individua incompromissibilis quoad unum, est talis quoad alterum Conciol. ibid. n. 23.

E Licet Laudum latum extra terminum a Stat.o praefixum sit nullum Conciol. ~~dictum~~ Allig. 72. n. 1. Cirocc. discept. 25. n. 44.

F Tamen si terminus sit prorogatus a partibus valet Cirocc. d.a discept. 25. n. 50. Ubald. d. 116. n. 7.

30. Licet de iure communi pendente etiam compromisso possint partes adire Iudicem Cirocch. discept. 36. n. 47.

31. Et super differentijs in divisis causa non sit compromittenda ~~Conciol. ad Stat. Eug. lib. 2 rub.~~ ... Eug. Dunozz. d. 26. n. 3.

31. Et compromisso expirato non cogantur partes iterum compromittere Cirocch. d. discept. 36. n. 46. Blanc. de Compromiss. q. 7. n. 42 et discept. 2. n. 74.

32. Tamen à d. regula receditur quoties adesset pactum de non adeundo Iudicem durante compromisso Rot. d. 452. n. 3. p. 1. Recc. Cirocch. d. discept. 36. n. 49. Ubald. d. 110. n. 1. et 2.
Et actus facti pend. compromisso sunt attentat. Conciol. ad St. Eug. lib. 2 rub. 27. n. 37.

33. Vel saltem partes tenerentur ad poenam Marescott. Var. lib. 2. cap. 121. n. 90. Cirocch. discept. 36. n. 49.

34. Item reced. à regula stante litispendentia Conciol. ad Stat. Eug. lib. 2 rubr. 27. n. 26.

34 Item à d. regula receditur quando agitur de compromisso necessario in vim statuti, tali enim casu causa semel compromissa durat semper compromissaria, et donec feratur laudum causa debet iterum compromitti Cirocch. discept. 36. n. 45. Blanc. de Compromiss. q. 7. n. 41. Cirocch. discept. 2. n. 72. ubi n. seqq. declarat, nisi peteretur compromitti per calumniam. Vide Conciol. ad Stat. Eugub. A

A lib. 2. rubr. 27. n. 19. et 20. Ubald. d. 110. n. 2. et 3.

35. Sed ista limitatio intelligi debet, ut causa semel compromissa duret compromissaria, et debeat iterum compromitti, si B antequam terminus statutarius expiraverit compromissum prorogetur, nam eo non prorogato, et expirato termino, non debet amplius fieri compromissum, non obstantibus legibus, et statutis Cirocch. d. discept. 36. n. 50. Cirocch. discept. 2. n. 75. contra tamen

B agatur inter non compreh. sos in statuto, qui ad formam statuti compromiserunt, et

36. Si autem non adsit terminus à statuto praefixus, causa semel compromissa durat compromissaria, et debet iterum compromitti, etiam quod non fuerit prorogatum compromissum Cirocch. d. discept. 36. n. 51.

37. Terminus unius mensis ad ferendam sententiam datus arbitrij non incipit à die instrument. compromiss., sed à die acceptationis arbitrorum Blanc. de Compromiss. q. 1. n. 34. Seraph. d. 693. n. 9. et 10. Hect. Felic. alleg. 33. n. 10. p. 1. Fabr. com. concl. tit. de Arbitr. concl. 2. per tot. Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 2 rubr. 27. n. 13.

38. Licet per lapsum unius mensis vigore huius statuti compromissum expiret Cirocch. discept. 2. n. 102.

39. Etiamsi non sit expressum quod partes compromissum fecerunt ad formam statuti, nam si partes erant de illis, quae cogebantur stat. compromittere, intelliguntur compromisisse ad formam illius Cirocch. d. discept. 2. n. 102.

40 Tamen quando inter partes aliter fuit conventum, tunc per lapsum unius mensis non expirat Ciroch. d. discept. 2. n. 101. Vbald. d. 110. n. 7.

41. Item quando partes, quae compromiserunt ~~non~~ erant ~~[illegible]~~ de illis à statuto coactis, ~~[illegible]~~ nec expresserunt compromissum facere ad formam statuti, sed compromissum fecerunt per viam liberae, et irrevocabilis donationis, et convenerunt quod compromissum haberet vim transactionis, quae ~~[illegible]~~ sunt perpetuae, et constituerunt Arbitros dominos, et haeredes tanquam in rebus suis, cum cessione iurium, quo casu per lapsum mensis non expirat compromissum Ciroch. d. discept. 2. n. 101. vers. quod autem, et n. 102. Vbald. d. dec. 110. n. 7.

(42) Item quando tempus fuit prorogatum Ciroch. discept. 25. n. 45. Vt autem valeat prorogatio quae requirantur Ciroch. discept. 25. n. 45. et 1299.

Sicut stante exceptione impediente litis ingressum Conciol. ad St. Eug. lib. 2. rubr. 27. n. 27.

(42.) Licet istud statutum non procedat in re pura, et clara, et liquida Ciroch. discept. 2. n. 79.

42. Nec quod pars habet instrum. liquidum Conciol. ad Stat. Eug. lib. 2 rubr. 27. n. 14.

43. Sicut nec in quaestione iuris Soccin. Iun. cons. 24. n. 7. lib. 1. Ciroch. d. discept. 2. n. 79.

43. Sicut quando non competit actio proposita Conciol. ad St. Eug. lib. 2. rub. 27. n. 25.

44. Tamen quando quaestio iuris habet admixtam quaestionem facti et tunc habet locum statutum Ciroch. d. discept. 2. n. 99.

A ad Stat. Eugub. lib. 2. rubr. 27. n. 15. Et etiam quando compromissum petitur ab eo, qui habet instrumentum pro se Conciol. ibidem n. 16.

44 Et etiam quod instrumentum aliqua exceptione potest reddi dubium Conciol. A

45. Item quando agitur de quaestione iuris, quae potest in dubium revocari, habet locum compromissum Ciroch. discept. 2. n. 150.

45. Item quando lex clara compromittitur de voluntate partium, receditur à lege Vbald. d. 119. n. 4. intellige de lege clara expressa tamquam clara

46. Licet minores non possint contrahere sine solemnitatibus, possunt tamen sine solemnitatibus statutarijs compromittere, et ligantur hoc statuto Ciroch. discept. 2. n. 76. et seq.

47. Et hoc procedit quamvis praesens statutum loquatur, et disponat compromissum fieri de iure, et de facto Ciroch. discept. 2. n. 75. Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 2. rubr. 27. n. 10. et segg. ubi quod tamen requiruntur solemnitates iuris communis

48. Licet dictio usque debeat intelligi exclusive, ut ex Ciroch. discept. 2. n. 150. vers. nec obstat, Tamen in hoc statuto disponente inter coniunctos usque ad tertium gradum fieri compromissum dictio usque intelligitur inclusive Ciroch. d. discept ~~[illegible]~~ 2. n. 151. ad 153.

49. Gradus in hoc statuto computantur de iure civili, non canonico Ciroch. discept. 36. n. 41.

383 143

50. Licet causa possessoria immissionis sit potius imperij, quam iurisdictionis, et sit mixti imperij, et ob id non compromissibilis Cirocch. d. discept. 2. n. 134.

51. Tamen si compromissum fiat non tanquam in arbitros, sed tanquam in Arbitratores, prout disponit hoc statutum, etiam causa possessoria immissionis est compromissibilis Cirocch. d. discept. 2. n. 135. et segg. et n. 139. ubi respondet contrarijs, et n. 90. et segq.

52. Licet de iure canonico ab omni sententia, et grauamine possit appellari quoad iudicio possessorio, et a Laudo in specie Cirocch. d. discept. 2. n. [illegible]

53. Tamen a Laudo lato vigore huius statuti, mandantis Laudum executioni demandari, nulla exceptione iuris, vel facti recepta, neque de iure canonico potest appellari, quia natura laudi in hoc statuto est, ut dicatur latum ab arbitratoribus, et non ab arbitris Cirocch. d. discept. 2. n. 77. Vide infra n. 72. post 2am. rubr. 3. fol. 149. et n. segq.

adde ad mate: in Paris. cons. 6. n. 3. et segq. lib. 2. Constantin. in Stat. Urb. ann. 1a. annot. 20. art. 3. n. 284. cum segq.

54. Ad hoc ut sit locus huic statuto debet constare de coniunctione inter partes Cirocch. d. discept. 2. n. 94.

55. Sed si dubium incidat, ut controuertatur coniunctio, compromissum debet etiam fieri super hoc incidenti Cirocch. d. discept. 2. n. 95.

56. Sicut etiam compromittenda est quaestio an debeat fieri compromissum nec nè. Concioll. ad Stat. Eugub. lib. 2. rubr. 27. n. 3.

57. Licet regula sit iudicia ibi terminari, debere ubi cepta sunt, ... et ideirco post datum terminum ad probandum videatur non posse amplius peti fieri compromissum ut ex Afflict. Cirocch. discept. 2. n. 96.

58. Tamen contrarium est verius, nam quoties statutum aliter non disponit compromissum peti potest quandocumque usque ad processus publicationem Cirocch. d. discept. 2. n. 96.

59. Licet de iure communi nemo cogatur compromissum acceptare Cirocch. discept. 2. n. 97.

60. Tamen vigore nostri statuti contrarium est verius, quia nulli posse cogi arbitros ad acceptandum, regula enim solum procedit, nisi ubi statutum contrarium disponit, Cirocch. d. discept. 2. n. 97.

61. Sicut à d.o legib. loced.r quando compromissum fit in personas utrique parti communes, quia iste possunt cogi ad acceptandum Cirocch. discept. 2. n. 91.

62. Licet compromissum reddatur nullum, si arbitrijs data sit facultas eligendi tertium, ut post Cavaler. Cirocch. discept. 2. n. 103.

63. Tamen id intelligendum venit quando esset data facultas eligendi tertium incertum, quo casu, ne detur processus in infinitum compromissum remanet nullum ex Cavaler. et Cirocch. prox. cit.is n. 104.

64. Non autem quando esset data facultas eligendi tertiam personam certam nominatam Cirocch. d.o discept. 2. n. 104.

65. Licet statutum de compromisso faciendo inter affines esset distrutta affinitate, Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 2. rubr. 27. n. 34. et segg. ubi qd procedit etiam supersint filij

66. Tamen istud statutum procedit etiam dissoluta affinitate, quia expresse ita disponit, et statutum est seruandum

67. Licet d. statutum n habeat locum in causis iuratis Conciol. d. rubr. 27. n. 11. ~~lib.~~ 2.

68. Tamen pena abstulit à iuram.to intrat Conciol. ibid. n. 9. lib. 2.

69. Licet ex forma statuti possint cogi coniuncti ad compromittendum, tamen id intelligitur si ab una partium petatur, aliquis cenu Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 2. rubr. 27. n. 32. et 33.

70. Pena apposita in compromisso de iure potest exequi, sed de consuetud. n exigitur Conciol. ad St. Eug. lib. 2. rubr. 27. n. 43. 44

71. Laudum, seu notum, de quo rogatus est Notarius, si sit positum in filza aliam solemnitatem n requirit

72. Statutum an ligat Clericos, uel n, et an Clerici eo uti possint Cirocch. discept. 36. n. 30. 39. et 40. B

Licet regulariter compromissum post litem contestatam amplius peti n possit relati à Cirocch. discept. 36. n. 56. — Neque stante pendentia litis Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 2. rubr. 27. n. 26.

Tamen quando statutus permittit posse peti intra terminum dilationis date ad A

B ligare etiam Clericos litigantes coram Iud. Secularii Corn. cons. 114. lib. 2. et idem firmat Alex. cons. ~~[illegible]~~ 220. n. 4. lib. 2.

Licet exceptio ca. su litis coram Secularii contrarium teneat Vide Conciol. ad St. 70. Eugub. lib. 2. rubr. 27. n. 21. et segg. Constant. ad Stat. Vrb. annot. 20. art. 1. n. 25. cu segg.

A possit peti pro tu contrarium est ver ~~[illegible]~~ Bland. de comprom. q. 5. n. 3. vers. lite contestata, et vers. publicata processu, et Cirocch. d.o discept. 36. n. 56.

Item dicimus et ordinamus quod si contingat aliquas partes com=
promittere in aliquem de iure tantum siue de iure, et
de facto si in compromisso contineatur quod possit laudare
§. 1. alte et basse eque et inequè modice, uel inmedicè, et fuerit
§. 2. laudatum, quod debeat stari d.o lando nec possit ab ali-
qua partium contradici nec possit peti ipsum laudum
reduci ad arbitrium boni uiri, sed debeat executioni
executioni mandari nulla exceptione audita. Si uero
præd.a uerba aliqua ue ipsorum non fuerint adiecta in
ipso compromisso quod pars quæ dixerit se grauatam
§. 3. uel læsam contradicere possit infra quinque dies et infra
mensem ipsam cam. condictionibus prosequi et finire,
alioquin a d.o mense in antea si non fuerit contradictum
compromissum, et laudum inde latum firmum p.
maneat et possit, et debeat executioni mandari omni
exceptione, et condictione remotis, et nihil.s Iudex possit
et debeat partem contradicentem in expensis factis
in causa ipsius condictionis si contingat contradicen-
tem succumbere uel non esse obseruatum infra d.m tempus
condictionem, et petitionem contradictionis ad arbi-
trium boni uiri condemnare, et ipsas expensas facere
refici de facto infra octo dies omni exceptione, et ap-
pellatione remotis, et præd.a omnia locum habeant
in compromissis, et laudis in posterum fiendis, et
in præteritis

Vide Appell. cons. Ciuil. 29. et cons. 30.

in preteritis vero pendentibus et non pendentib
currat tempus unius mensis a die factę confirma
nis pntis ad prosequendum et diffiniendum modo
supra. Et si primum laudum, et arbitrium tā in
coniunctos q̄ inter extraneos, et executioni mand
nulla contradictione seu appellatione obstante.
contradicens obtinuerit ille qui meruit arbitriu
habere possit recursum, et appellare ad Judicem Cap
Judex teneatur, et debeat summariè et sine strep
et figura iudicij infra 25 dies a die interpositionis
pellationis ex ijsdem actis cognoscere, et diffinire
ipsam cam, et eius sententię et diffinitioni
appellatione aliqua non obstante. Elapsis vero 25
bus, si dictus Judex non pronunciauerit tutam
neat sententia si dictus Judex d.^am^ cam. diffinier
§. 4. infra d.^m^ tempus requisitam, quod teneatur, et deb
resarcire appellanti omnia damna, et interesse,
quibus stetur iur.^to^ ipsius, qui appellauerit et temp
syndicatus de pred.^is^ tenacitur syndicetur, et in u
quoq casuu predictor, teneattur arbitrij seu
arbitratores ipsas caus. diffinire infra 30. dies,
nihil.^s^ Potas Cap.^us^ et quilibet alius Judex, qui de
fuerit requisiti teneantur, et debeant cogen
ips

§. 5.
§. 6
§. 7.

ipsos arbitros seu arbitratores diffinire cam. sibi uel eis
commissam infra d.os 30. dies à die receptionis ipsius arbitrij
et nihil.s per Iudicem Potis parti petenti in x lib. den.
quilibet ipsorum debeat condemnari, nisi de partium uo=
luntate fierit terminus prorogatus, uel per ipsas par=
tes steterit quominus infra dictum tempus potue=
rit terminari. Insuper et. dicimus quod Iudex Dni.
Potis. uel Cap. et eorum quilibet coram quo peteret ad pe=
titionem cuiuscumque petentis teneatur, et debeat
quandocumque arbitri essent in discordia ipsos arbitros
et partes coram se fecere euocari, et eis uocatis si
inuenerit ipsos in discordia terminandi cam. com
§. 5. promissam in eos, qui cogat partes ad eligendum tertium
et in ipsum tertium qui sit neutrae parti suspec=
tus ponat, et committat ipsas cas. terminandas
§. 6 una cum dictis arbitrijs uel altero ipsorum et
perinde habeatur ac si per ipsas partes fuisset in
eum a principio compromissum et si aliqua partium
recusaret seu nollet eligere tertium, quod Iudex
coram quo peteretur ipsum tertium neutri parti
§. 7. suspectum eligat per se ipsum, et si aliqua partium
esset contumax seu nollet comparere ad eligendum
d.m tertium quod factis de eis duabus legitimis. cita=
tionibus

tionibus ex parte d.ti iudicis et ipso etiam iudex possit, et
debeat eligere et ponere d.um tertium qui tertius causam
sibi commissam cognoscere debeat bona fide una cum
d.is arbitris uel altero eorum, et ipsam finire et termi-
nare infra tempus pred.um nisi terminus ipse proro-
getur de partium uoluntate eius tertij una cum
d.is arbitrijs, uel alterius eorum laudo et sententie, stetur
ac si prolatum, et datum esset per arbitros ambos
§. 61. ipsos. Et si contigerit quod arbitrij in quibus com-
missum esset, et tertius pred.tus casu quo electus esset
coactus in palatio co(mun)is Fulginie ad petitionem
alicuius partis compromittentis quod inde non possit
recedere modo aliquo, nisi primo tulerint eorum ar-
bitrium et si recederent inde puniatur quilibet ipsorum
arbitror in 50. lib. den. et quod nec Potas. nec Cap.us nec
aliquis alius officialis co(mun)is Fulginie possit eis uel
alteri ipsorum dare licentiam recedendi de loco in
quo essent detenti ad penam prestiti sacramenti et cent.
lib. den. de suo salario. Et si contigerit eo casu eos princi-
detinetur in palatio arbitri supradi. ut feratur arbitrium
quod spiraret compromissum lapsu 30. die uel ipsos 30. dies
sententiaretur uel ferretur ipsum laudum uel arbitramentum
per ipsos arbitros ad quod ferendum cogantur et post ipsos 30. dies
soluendum essent coacti infra tempus compromissi, quod non
ipsum laudum sententia mandatum seu arbitramentum quod
que ferretur per ipsos des. tres uel maiorem partem ipsorum non uitietur
ex hoc, sed potius ualeat et teneat ac si latum et datum esset in
30 dies computari a die receptionis facti compromissi, et hoc
habeat in compromissis in posterum fiendis. XXXX

72. Licet Arbitrij electi de consensu partium sit standum Manzaned. d.e 5901. n. 1. et seqq. Vide infra n. 113. et seqq.

73. Et Laudum debet seruari donec doceatur de lesione Manzaned. d.e 5901. n. 4. vers. quo vero ad iustitiam

74. Tamen Laudum seruandum est, prius interueniat reductio ad arbitrium boni Viri Zacch. de Oblig. Cam. q. 19. n. 19. fol. mihi 156.

75. Licet Executio Laudi suspendatur petita reductione ad arbitrium boni viri Adde ad Rot. Bononiensis d. 151. n. 152. p. 1. diuers. in nouissime relata per Zacch. de Oblig. Cam. d.a q. 19. n. 23.

quero precipua est illa 76. Tamen id intelligitur procedere quotiens statutum non dat executionem paratam Laudo, [illegible] partes se obligauerunt seruare Laudum sub oblig.e Camerali, nam si statutum dat executionem paratam Laudo, eadem Rot. Bononiensis d.a d.a 151. n. 152. p. 1. diuers. in Nouiss. et seq. Zacch. d.a q. 19. n. 23. fol. mihi 157.

A executio Laudi non suspenditur per petitam reductionem ad arbitrium boni Viri

77. Licet si partes se obligauerunt ad obseruationem Laudi sub obligatione Cam.li, executio Laudi non suspenditur per reductionem ad arbitrium boni Viri Zacch. ad Salles de Oblig. Cam. d.a q. 19. n. 22. fol. mihi 157. Mazzoned. d.e 5901. n. 2.

78. Et executio rigore statuti, seu obligationis cam.lis non suspenditur, quamuis opposita sit exceptio nullitatis Zacch. ad Salles de Oblig. Cam. d.a q. 19. n. 24. fol. 157.
Vide Rot. Iacob. Emerix. d.e 793.

79. Suspenditur tamen si Laudum fuisset declaratum nullum Zacch. d.a q. 19. n. 25. fol. 157.

80. Et neque suspenditur executio Laudi per petitam reductionem ad arbitrium boni Viri quamuis sub colore enormiss.e Lesionis Zacch. ad

81. Salles de Oblig. Cam. q. 19. n. 26. et seqq. ubi declara

A si adsit pactum iuratum quod reductio ad arbitrium boni Viri non impediat executionem

82. Maxime si fuit emologatum tacite, uel expresse, quo casu siue Laudum fuerit nullum, siue iniustum exequendum est, ut de Laudo nullo Rot. d.e 540. n. 11. p. 1. recen. et de Laudo iniusto Thomat. d.e 160. per totam Amat. dimiss. d.e 973. n. 4. et de nullo, et iniusto Rot. d.a d.e 540. per tot. p. 1. recen. Amat. dimiss. d.e 12. n. 2. d.e 133. n. 3. et d.e 9013. n. 16. et Rot. d.e 424. n. 2. post Postil. de Marzut. Pentingen. d.e 11. n. 1. d.e 36. n. 2. et d.e 401. n. 5.

Fo Emologatio nulla est si Laudum fuit subreptitium, non tamen Laudum qualiuiscumque Vbald. d.e [illegible] n. 5.

83. Si tamen Laudum contineret manifestam, et euidentem iniquitatem tunc admitteretur reductio ad arbitrium boni viri, nam [illegible] d.a reductio ~~[illegible]~~ denegatur non absolute, sed cum illa modificatione, nisi Laudum contineret manifestam, et euidentem iniquitatem Thomat. d.a d.e 160. n. 14. Rot. d.a d.e 424. per totam post Postil. de Marzut.

84. Et idem est si contineret enormiss.m Lesionem Vbald. d.e 229. n. 4. et d.e 320. n. 6.

85. Et licet à laudo nullo decl. reclamato, et debeat, et debeat nullum declarari Conciol. alleg. 72. n. 1. et seqq.

86. Sicut etiam Laudum iniustum debeat revocari Conciol. d. alleg. 72. n. 1. et n. 32. et seqq. ubi de iniustitia

87. Sicut etiam quando adest falsitas causa lot. d. 540. n. 12. p. 1. recd.

88. Sicut etiam Laudum continens enormiss. lesionem Seraph. d. 111. n. 1. lot. d. 5111. n. 3. p. 1. recd.

89. Sicut etiam laudum excessivum Peutinger. d. 492. n. 2. Bich. d. 10. n. 11. Conciol. alleg. 72. à n. 9. et 10. et n. 53. ad 63.

90. Tamen hoc intelligitur sicut fuerit omologatum Pauis. cons. 46. per tot. vol. 1. Cum tunc antequam agatur pro declaratione nullitatis, vel iniustitie senten. premittenda est absolutio à iuramento, alias obstat exceptio periurij, et si agatur ante petitam absolutionem, tunc amplius agi non potest, cum absolutio obtenta post incursum periurium non iuvet lot. d. 424. per tot. post Bocol. de Manet.

91. Et laudum debet servari donec doceatur de nullitate, vel iniustitia et supradd. et donec doceatur de Lesione Manzaned. d. 591. n. 4.

92. Nullitates, quae opponi possunt contra laudum ponuntur fuse à Conciol. alleg. 72. à n. 1. usque ad 31. et à lot. post Zacch. de Oblig. Cam. d. 41. Capell. cons. Civil. 70. per tot. Manzaned. d. 114. per tot.

93. A laudo recedi potest de utriusque partis consensu Bich. d. 241. n. 7. et 12.

94. A laudo, et laudi acceptatione receditur dicitur mediante praesentationis appellationis interpositae etiam coram Iudice, qui ipsius ~~[illegible]~~ postea iniustitio detegit Bich. d. d. 241. n. 6.

~~A laudo [illegible]~~

95. Laudum à quo fuit appellatum non est exequibile Bich. d. 211. n. 4. et 5. et d. 241. n. 1.

96. Etiamsi in compromisso adsit oblig. Camerae, Bich. d. 211. n. 6.

97. Maxime si à laudo fuerit ab utraque parte appellatum in quibus terminis loqu. Bich. d. d. 211. et 241. per totum

98 Materia istius secundae rubricae de compromissis explicatur per Castr. cons. 255. vol. 2. fol. mihi 119, in quo cons: videtur formaliter loqui de nostro statuto ordinante ut laudum mittatur executioni et non impediatur executio per aliquam exceptionem, nisi opponatur intra quinque dies, et probetur, et terminetur infra mensem, ut ibi videre est

99. Istud statutum de compromisso faciendo inter Mercatores de quo seq. in pa rubr. § 3. est servandum Vbald. d. 110. n. 3.

100 Licet compromissum expiret per mortem unius ex compromittentibus, tamen si illud sit factum pro haeredibus non expirat, sed continuat in haeredes Vbald. d. 110. n. 6.

101. Licet Arbitri electi non cogantur arbitrium acceptare, si tamen acceptaverunt possunt cogi ad sententiam ferendam Pac. Jord. de Arbitr. n. 74. fol. mihi 67. Vbald. d. 141. n. 1 Ciriac. disept. 2. n. 97.

102. Et in castigat. dicitur quod cogantur arbitrium acceptare ut in pa rubr. § 2 Ciriac. disc. 2. n. 97.

103. Et idem dicitur de arbitratoribus qui postquam susceperunt arbitrium coguntur arbitrari Pac. Jord. de Arbitr. d. n. 74. fol. 67.

104. Et cogi possunt captis pignoribus, indicta multa, vel carcerat. Vbald. d. d. 141.

105. Et Arbitris renunciantibus non suffragatur renunciatio Vbald. d. n. 2 d. 141. n. 1. et segg. Pac. Jord. ibid. n. 74. fol. 67.

106. Possunt tamen Arbitri, seu Arbitratores renunciare ex legitimo impedimento de quo tamen constet in actis per legitimam probationem Pac. Jord. de Arbitr. dicto n. 74. fol. 67. Vbald. d. d. 141. n. 3. et segg. ubi dicit quod impedimentum debet esse perpetuum, debet esse pro tempore futuro

107. Nec possunt arbitri renunciare de consensu compromittentium, qui omnes debent consentire Vbald. d. d. 141. n. 5.

108. Licet compromissum expiret per absentiam unius ex arbitris, et partes possint redire ad Jud. ordinarium, tamen hoc intelligitur de absentia longua, et diuturna Vbald. d. 141. n. 7.

109. Et si in compromisso conventum expresse sit, quod non liceat adire judicem pro controversiis natis, et nascituris, non obstante absentia arbitri, non expirat nisi pro controversiis natis, pro alijs necessarium eligendi novi arbitri Vbald. d. d. 141. n. 7.

110. Clausula alte, et basse apposita in compromisso quod facultatem tribuat Arbitrij vide Cepoll. cons. 29. n. 10. in Civil. Mart. de Consul. p. 1. claus. 7. per tot. ubi facit legalis cum suis ampliat. et limitationibus.

Clausula partibus presentibus et absentibus citatis, et non citatis Conciol. alleg. 72. n. 21. seqq.

111. Clausula modice, vel immodice apposita in compromisso quod facultatem tribuat Arbitrij Cepoll. cons. civil. 29. n. 11. et 12.

112. Clausula de jure, et de facto, et nulla exceptione iuris vel facti audienda posita in compromisso quid operetur Mart. de Claus. p. 1. claus. 193. et ista claus. adest Liu in ima lubr. § 2. et § 2. Et in 2a lubr. § 1. Cirocl. discept. 2. n. 116. et seqq.

113. Licet laudum sit servandum, ut supra dictum est Manzand. d. 590. n. 1. et seqq. vide supra n. 72. et seqq.

114. Tamen si laudum sublatum est per sententiam ~~contrariam~~ et declarant nullum non est amplius in considerat. ~~laudum~~ Rot. d. 301. n. 5. p. 7. rec.

115. Max. si nullitas laudi fuerit canonizata per duas sententias conformes Rot. d. 296. n. 5. p. 7. rec. Ricc. d. 240. n. 10. et 11.

Arbitrij an debeant sportulas negative Rac. Cord. de Arbitr. n. ... Affirmative Cirocl. discept. 2. n. 106.

116. Laudum est stricti iuris, et non potest extendi ad casum non expressum Rot. d. 76. n. 13. et 14. p. 7. rec. Ricc. d. 126. n. 14. et d. 167. n. 6.

117. Sed tamen interpretari debet secundum iuris dispositionem Rot. d. 65. n. 6. p. 7. rec.

118. Et interpretari debet si contineat iniustitiam, vel ~~absurdum~~ Rot. d. 65. n. 11. p. 7. rec.

119. Licet Instrumentum compromissi regulet ~~laudum~~ Ricc. d. 44. n. 17.

120. Tamen ~~tamen~~ deducta in compromisso, non censentur in eo apposita ~~nisi~~ ~~precedens~~ laudum sequatur Rot. d. 171. n. 1. p. 2. diversor. Ricc. d. 126. n. 11. et d. 167. n. 22.

A nec laudum potest esse pro parte obligatorium et pro alia non Ricc. d. 240. n. 2. et 3.

121. Licet arbitria redacta sint ad instar Iudiciorum Ricc. d. 211. n. 11. Cirocl. discept. 2. n. 92.

Et laudum sit ad instar sententiae Rot. d. 65. n. 11. p. 7. rec.

122. Tamen sententia differt à laudo, quia sententia potest in parte, et partibus acceptari, laudum vero secus, quia est individuum ex consensu, Ricc. d. 211. n. 9. 10. et 11. A.

B ubi termini loquuntur de Transactione et laudo arbitratorij renunciatio dicitur Cirocl. discept. 2. n. 90.

Intellige de laudo in compromisso voluntario, in quibus termini loquuntur Ricc. d. 211. n. 16. et 11.

124. Cum vero in compromisso vigore statuti necessario, quo casu laudum si contineat capita separata potest pro parte acceptari, et pro parte non Conciol. alleg. 72. n. 11. Bart. cons. 159. n. 11. lib. 1. u. nec obstat post. B

Item ad obuiandum uoracitati, et cupiditati usurariorum qui
obliti sunt facere misericordiam, et persequuntur homi=
nes pauperes, et mendicos et alios compunctis corde car=
ceribus faciunt macerari presenti ordinamento, et statu=
to firmamus ad conuincendum ipsos usurarios de
usuris, et usuraria prauitate et eorum instra et cau=
tiones, que semper in fraudem usurar, et in maiori qua=
ntitate quam fuerit uera sors facere consueuerunt pro=
pter quod facultates Fulginatum in breui exhauri=
untur; Statuimus, et ordinamus quod habeantur, et
intelligantur usurarij omnes, et singuli Iudei sine
aliqua probatione et ipsorum instra, et cautiones om=
nia, et singule habeantur, et intelligantur fenerati=
tie et foeneratione confecte in quadruplo. quam fuerit uera
sors. nisi Iudeus probauerit per testes legitimos de
maiori sorte ita quod quarta pars intelligatur tantum
uera sors. eius quod continetur in cautione seu instro
et si Christianus uelit probare quod fuerit confectum
instrum. seu cautio ultra quadruplum quod admit=
tatur ad probandum et in id tantum debeat fieri executio
quantum fuerit uera sors. et non in duplum. Et
quia reperiuntur quamplurimi Christiani in ciuitate
Fulginie et eius districtu in ipsarum animarum periculum
et dedecus

154

334

et dedecus ciuit. Fulginię ptę. eor. famę non parcent
usurar. tam diuinę lege prohibente in humanum damn
exercere Volentes animarum periculis obuiare, et n
Diuinę Maiestatis incurrant offensam ad euitanda
ipsam ultionem diuinam prohibemus omnino quod
nullus Christianus audeat per se uel per alium exer
cere usurariam prauitatem in ciuitate Fulginia
eius districtu, et si inuentus fuerit aliquis exercer
(quod absit) eor. instra. et cautiones nequaqz. execu
ni mandentur nisi in uera sorte. Et ad probandu
aliquem esse usurarium sufficiat unus testis depone
cum duobus testibus de publica uoce et fama qui
dicant se soluisse usuras uel alios audiuisse soluer
et si fuerint singulares habitaq. probatione preda. u
aliqua predictar. eor. instra. et cautiones presuma
tur esse confectę in quadruplo ultra qz fuerit uera so
nisi probaretur legme per testes cum effectu de ma
vi sorte saluo quod si creditor uellet probare qz instr
confectum fuisset de maiori quantitate qz admittat
ad probandum, et in id tunc debeat fieri executio q
ntum fuerit uera sors, et non plus et per predict
non intendimus derogare Statuto Popull in quan
loquitur de usuris, sed contra instra usurarior.
ipsos usurarios et idem uolum obseruari in muli
vibus obseruantibus usurariam prauitatem.

XXX

156
336

XXXXIIª Rub. de alimentis prestandis

Item dicimus, et ordinamus quod si contingat aliquam mulierem seorsum a uiro manere suspicantem de uiro suo offendi culpa ipsius uiri Capp.ᵘˢ uel Potas. et eorum Iudices popul. dicte d. ciuitatis teneantur, et debeant uinculo iur.ti omni occasione, et exceptione remotis constringere uirum ipsius mulieries qui ipsi sue uxori prestare debeat alimenta oportuna secundum quantitatem dotis et facultatis ipsius mariti: ita tamen quod d. officiales et quilibet ipsorum teneantur, et debeant ipsa alimenta ipsi mulieri decernere, et dari facere pro alimentis h. octo den. pro quolibet centenario dotis sue usque in ducentum lib. den., et ab inde supra pro quolibet centenario pluris sex den. uel ult.ᵃ per ea legitime p.ᵗ et tam diu d.ᵃ alimenta prestentur, quandiu steterit maritus d. tali mulieris quod eam non reduxerit cum effectu et securitatem prestiterit quod eam non offendet ultra quod deceat et a iure permittatur. Si uero uxor non habuerit seu non haberet dotem secundum facultatem uiri sicut Iudici uidebitur alimenta decernantur et decreta prestentur. Qui potestas et ceteri officiales predicti se diuidant et decernant alimenta predicta infra X dies post coram eis, uel altero ipsorum et exponetur uel querela facta fuerit per ipsam mulierem, uel coniunc

personam

personam pro ea uel eius nomine et a tali decreto et dif=
finitione non possit nec debeat appellari. Et idem dicimus
de uiduis. Et si predicti Potas. et Cap.us et eorum Judices
et officiales in pred. fuerint negligentes, et non duxeri=
nt de effectum 25. lib. den. cor. Fulgin. uice qualibet
condemnetur quilibet pred.orum qui con. fecerit, et nihil
d.us Cap.us intenda ad executionem premissor. statuto aliquo
cois uel populi d.e ciuitatis quod in contrarium
loqueretur nonobstante. Et quid uel Cap.us fecerit in
premissis ualeat et teneat, et habeat roboris
firmitatem. Et hoc capitum sit precisum in qua=
libet parte sui. Et idem dicimus, et uiduis, et mu=
lieribus que remanserunt uidue et quibus dotes non
fuerunt restitute quibus officiales faciant alime=
nta dari et decerni quousque dotes et augmenta
dotium eis fuerint integre restituta, et hoc locum
habeat in pnti preterito, et futuro. Item quod nul=
la persona possit nec debeat petere nec peti face=
re pro dote alicuius mulieris male condictionis
et fame mortue et que mulier sua culpa, et defe=
ctu steterit seu stetisset seorsum tempore sue
mortis a uiro suo. Et ad probandum quod talis mu=
lier

150.

388

cies fuerit male famę præd.^{te} sufficiant probationes
testium de publica fama. Et quod si pater alicuius
esset in necessitate, seu mater alicuius ipse tal
filius necessaria in victu et vestitu sin forma
suę facultatis, et possibilitatis subministret, et
Potas. et ceteri alij officiales cois Fulgin. teneantur,
et debeant observare omnibus petentibus
coram eis vel quocumque ipsorum, et quilibet possit
petere nomine patris seu matris d.^a alimenta
sine libelli oblatione summarie, et sine strepitu
et figura iudicij, et sine salario aliquo soluendo
omni exceptione remota. XXXXII

XXXXIIII Rub. De successionibus mulier. ab intestato

Item statuimus, et ordinamus quod nulla mulier siue dotata fuerit a Patre à Matre Auo, Auia, Proauo uel Proauo Auia

Dotata ab ascend. seu Proauia seu per uerba de presenti desponsata legi=time possit uenire ad successionem ab intestato patris uel matris, aui proaui auię seu proauię donec super=est aliquis masculus natus ex legitimo matrimonio de linea et stirpe masculina descendens omnium supradictorum, uel alterius pręd. dor. quo dotata esset. Nec etiam possit uenire ad successionem des=cendentis seu descendentium a pręd. Nec mater suc=cedat filio suo, seu filię, superstite, seu superstitibus fratre seu fratribus ipsius decedentis uel nepotibus masculis ex eodem matrimonio, et ex eisdem pare=ntibus procreato seu procreatis, seu patruo uel

§. 1.° Dotata à fratre, uel sorore, uel à se ipsa

patruis decedentis. Si uerò dotata fuerit a fratre carnali seu sorore carnali, seu à se ipsa et per uerba de presenti desponsata non possit uenire ad succes=sionem ab intestato fratris carnalis uel sororis ipsius mulieris ex utroque parente coniunctorum super uiuente alio fratre carnali masculo ipsius

§. 2.° decedentis filio uel filijs ipsius fratris. Si uerò à

Patruo, seu

§. 2.
Dotata à Patruo, uel amita

seu amita dotata fuerit, et per uerba de p̄nti despon
sata non possit uenire ad successionem ab intesta
ipsius dotantis, ~~fratris~~ uel filiorum ipsius, exis
te fratre dotantis, filiorum uel filijs ipsius fratris

§. 3.º

masculis tantum. A quocunque autem dotata fue
rit pred.[or] et per uerba de p̄nti desponsata non possit
uenire ad successionem premissorum seu pred.
seu alicuius ipsorum nisi modo et forma pred.ᵗⁱˢ Et quod

§. 4.º

Femina exclusa tunc etiam exclu: ti ipsius filij

in casu quocunque quo sm̄. formam d. capti. mulier
dotata repelleretur ab intestato, si uiueret,
cuiuscunque successione repellantur etiam eius

§. 5.º

filij, et filie ab eadem descendentes. Et quod nulla

Femina exclusa censetur etiam exclu: sa à legima

mulier dotata possit petere supplementum
legitime, sed suo legato contenta sit. et si qua
peteret super ipsa petitione non debeat audiri

XXXXII

Ista Rubrica continet sex capitula diuersa, et de uno [illegible] infer

†. in decis. 137. n. 6. coram Ridio

tur ad aliud Gugl. Dunoss. d. 196. n. 10. Casus ualde similis refert Peuringer. d. 37. n. 7. ubi de triplici capite stat. Spoleti et [illegible] decis. 110. n. 1. et 2. p. 7. recent. ubi pariter tres casus ponit ide dicitur †

2 Istud statutum excludens feminas [illegible] masculos ab intestata successione est correctorium iuris communis, cum de Iure coi successio intestata defertur proximioribus sublata differentia sexus, agnationis et cognationis l. 2. §. hereditas, ad legitima ff. de suis, et leg. hered. Rot. d. 721. §. nec subsistit [illegible]

tom. 2. et d. 301. n. 14. p. 19. lecc. = sed quod non sit correctorium, sed declaratorium de Luc. de success. ab intest. disc. 1. per tot. et disc. 40. n. 4. etiam si excludat Matrem de Luc. ibid. disc. 7. n. 4.

3 Istud statutum non excludit foeminas à successione, et hereditate illius, de quo statutum non loquitur Spad. cons. 3813. lib. 2. Cen. d. 1302. per tot. Rot. d. 122. n. 6. p. 19. lecc.

4 Neque exceditur gradus expressos de Luc. de success. ab intest. disc. 10. n. 3. et disc. 23. n. 7. cum seq.

d. 12. n. 31. post Michalor. de Frat. ipso Mich. p. 3. cap. 11. n. 1.

5 Statutum exclusivum foeminarum fere ubique proditum est de Luc. de success. ab intest. disc. 1. ante n. 14. et disc. 40. n. cum seq. Rot. +

Et req. ut dotata sit aliqua ex illius pers. quamvis dos con[stituta] ... statutum Rot. d. n. 19. d. 110. n. 21. 175. n. 26. 29. et 30. lecc.

Vt intret istud statutum requirit concursus qualitatum cum quibus loquitur Conciol. ad stat. Eugub. in preludio n. 30. et segg. Michal. de fratr. p. 3. cap. 11. n. 142. et segg. Alias tanquam casus omissus à statuto remanet sub dispositione iuris com. Conciol. in prelud. n. 14. et s. B

6 Istud statutum requirit dotationem in effectu, alias si dos fuit tantum destinata, vel promissa non habet locum de Luc. de success. ab intest. disc. 40. n. 1. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. q. 8. n. 28.

Si non fuit dotata ab aliquo illius non intrat exclusio ... dotatis Rot. d. 60. n. 19. d. 110. n. 24. 25. et d. 175. n. 29. 30. p. 7. recent. C de Luc. de success. disc. 40. n. 4. cum segg. ... ad 9. sufficit tamen ut ... fuerit pro dote data Rich. d. 137. n. 23.

7 Et ut foemina dicatur exclusa requiritur ut dotem habeat Rot. d. 12. n. 23. post Michalor. de Frat. B

Sed quod istud statutum habeat locum in dote destinata vel promissa falsum est, et contrarium dicentes loquuntur quando statutum expresse requirit dotationem in effectu, quod non adest in casu nostro de Luc. d. disc. 40. n. 2. 4. 7. et per tot. A

12 Istud statutum requirit ut Mulier sit dotata à persona in statuto expressa, et de bonis eiusdem personae, non vero de bonis alienis, itaut dotatio facta de bonis administratorio nomine non suffragetur, nisi in maiori parte fuerit facta de bonis propriis Sciood. d. cap. 36. n. 27. et seq. Michalor. de Frat. p. 3. cap. 11. n. 165. nec sufficit oblatio, et quando ... Amat. d. 557. n. 14.

de Rich. d. 137. n. 24. cum segg. Amat. Di. d. 557. n. 12.

Istud statutum procedit et in dote ... spirituali Caban. n. 14. n. 34. Vbald. ... frat. 2. q. 4. Michalor. de fratr. p. 3. cap. 11. n. 37. et segg. Mastrill. de ... q. 49. n. 9. ad 93. etiam in Viduis Michalor. de fratr. p. 3. cap. 11. n. 39. 40. et 67. et segg.

13 Istud statutum ad hoc ut intret requirit existentiam masculorum, et illorum successio de Luc. de success. ab intest. disc. 22. n. 7. Rot. d. 237. n. 6. et segg. p. 16. lecc.

14 Et ut masculi sint de illis, qui iure statuti foeminas excludunt, alias si non sunt de illis non habet locum exclusio Rot. rec. p. 15. d. 514. n. 15. infra fol. 169. vers. licet et segg.

Vnde si masculus existit, sed instituitur extraneus in universa hereditate, vel instituitur Masculus in quota, et extraneus in alia quota, eo casu foemina exclusa potest non obstante statuto petere legitimam, seu supplementum de illa quota extraneo relicta de Luc. de success. ab intest. disc. 22. n. cum seq. Rot. d. d. 237. n. cum seq. p. 16. lecc.

An et quando Mater sit exclusa Rub. Alex. cons. 145. et Thesaur. d. 238.

Extraneus ad hunc effectum dicitur frater uterinus, foeminis exclusis à statuto, Neque si sit institutus frater uterinus, non excluditur foemina soror uterina Rot. d. d. 237. n. 11. p. 16. lecc.

Istud statutum vocans agnatos exclusis foeminis intelligitur illos vocare ordine successivo secundum ius commune, etiam si copulative sint vocati Michalor. de fratr. p. 3. cap. 11. n. 194.

Istud statutum non excludit feminam institutam heredem una cum Masculo, nam femina instituta, non dicitur dotata, ut dicatur exclusa Rot. dec. 110. n. 4. et per totam et dec. 175. n. 7. et per totam, p. 7. recent. et non impr[obatur] à Bich. dec. 110. n. 19. et sequentibus, et dec. 137. per totam

C Contrarium quod femina etiam instituta una cum masculo censeatur à statuto exclusa procedit quoties statutum excludit feminam etiam non dotatam, sed mandat dotari, et quoties quota, in qua est instituta inserviat pro congrua dote Bich. dec. 110. per totam. Sed non procedit si sit equaliter cum masculis instituta Rot. dec. 401. n. 3. p. 2. et dec. 110. n. 9. p. 7. recent.

Istud statutum non habet locum si adsunt quidem Masculi, sed sunt incapaces, ut de Capucinis Mangil. de imput. q. 65. à n. 1. et segg. dec. 59. n. 4. p. 1. recent. et de Dominicanis Rot. d. dec. 59. p. 1. recent. et de ~~[illegible] Mangil. de imputat. q. 63. n. 19. usque ad finem~~ et de filiis renunciavit hereditatem Mangil. de imput. q. 64. per tot. et q. 70. [illegible] Michalor. de frat. p. 3. cap. 11. n. 90. et n. 173. et segg. C et de filio A

* Istud statutum B non habet locum quando tempore delate successionis femina non erat dotata, quia tunc femina admittitur ad successionem, nec per supervenientiam dotationis valet ei auferri ius quesitum Rot. dec. 21. per tot. post Michal. de frat. et in d[ecisione] coram Dunoll. Iun. dec. 926. per tot. confirmata coram eodem dec. 351.

Istud statutum non habet locum, si Masculus eam excludens nolit eodem statuto uti Rot. dec. 499. n. 13. p. 10. tom. 2. recent. Amat. Dunoll. dec. 76. n. 5. et dec. 285. n.

* Istud statutum non habet locum contra feminam non dotatam, de qua non sit multum tenetur probare dotationem Conciol. ad stat. Eugub. lib. 2. rubr. 62. n. 11. et 12. et alleg. 70. n. 35. et 36. ubi quod non sufficit quod sit maritata

* Habet tamen locum favore femine non dotate, nam femina non dotata est de agnatione, et illam conservat, et ideo vigore statuti excludit dotatam. Vide tamen Mangil. de imput. q. 72. n. 11. et 17. et per totam. Contrarium Michalor.

Istud statutum non habet locum nisi Masculus excludens feminam hereditatem adeat, Conciol. ad stat. Eugub. lib. 2. rubr. 6[2] n. 13 Bich. dec. 320. n. 32. Michalor. de frat. p. 3. cap. 11. n. 190. et n. 191. D [illegible]

Istud statutum non habet locum si masculus non est de illis, qui sunt vocati à statuto Greg. XV. dec. 514. n. 15.

Istud statutum non habet locum, si masculus excludens non sit femine coniunctus ex utroque latere Conciol. ad stat. Eugub. lib. 2. rubr. 62. n. 43. ~~Istud statutum non habet locum~~

Istud statutum non habet locum si non concurrunt qualitates ab eo requisite Michalor. de frat. p. 3. cap. 11. n. 140. et 149. ubi limitat si qualitates sunt requisite disiunctive

Istud statutum non habet locum si Masculus renunciat beneficio statuti Michalor. de frat. p. 3. cap. 11. n. 173. et segg.

C et de adoptato, vel arrogato Michalor. de frat. p. 3. cap. 11. n. 170. [illegible] et de illegitimo, et spurio Michalor. ibid. n. 179. et de legitimato

E de frat. p. 3. cap. 11. n. 196. concilia tamen discordantiam dicendo quod opinio Mangil. locum habet quando statutum excludit feminas pro dote non [illegible] Masculos, Michalor. vero quando excludit [illegible] masculos Rot. [illegible] Michal. dec. 125. n. 12.

A adoptato in aliena familia Rot. dec. 59. n. 3. p. 1. recent. C

B intelligitur de dotata tempore mortis eius de cuius hereditate agitur Cirocc. discept. 1. n. 16. et discept. 34. n. 4. Michalor. de frat. p. 3. cap. 11. n. 130. et segg. A Si tamen statutum ulterius procederet, et excluderet etiam non dotatas mandando dotari, tunc non dotata non posset succedere, sed tantum peteret dotem, et interim alimenta Michalor. de frat. p. 3. cap. 11. n. 141. et segg.

A Bich. dec. 137. n. 24.

D declara procedere si femine sunt exclusae favore masculorum secus autem si non sunt exclusae favore masculorum, sed tantum ob existentiam Masculorum, nam tali casu sufficit verificari existentia, nec est necessaria eorum aditio aut successio Michalor. de frat. p. 3. cap. 11. n. 173. et segg. ubi exempla ponit

Licet regula sit quod femina semel per statutum exclusa ob existentiam masculorum, remaneat perpetuo exclusa etiamsi postea deficiant masculi ad Rot. d. 37. n. 2. p. 11. recent. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. q. 3. n. 1. cum segg. Michalor. de frat. p. 3. cap. 10. n. 1. et segg. Rot. post ipsum d. 47. n. 1.

Tamen regula procedit quoties statutum dicit existentibus masculis, secus vero si dicit superstitibus masculis Ciroch. discept. 34. n. 45. et 47.

~~Tamen~~ regula limitatur quando statutum non excludit simpliciter feminas, sed temporaliter, prout facit presens statutum, quod excludit feminas, donec supersint aliqui masculi nati ex legitimo matrimonio de linea, et stirpe masculina descendentes Merlin. de legit. d.o lib. 3. tit. 1. q. 3. n. 15. cum segg. Mart. de succ. leg. p. q. 7. art. 1. n. 10. cum seq. Ciroch. in sua discept. 34. n. 13. ubi quod procedat etiam conditio testam.o et discept. 44. n. 14. et post + Catan. cons. 30. n. 19. fol. 194. Rot. d.a 501. n. 5. p. 4. divers. Rub. d.a 301. n. 4. lib. 3. idem Ciroch. discept. 501. n. 34. et segg.

Rot. d.a 47. et d.a 48. post Michalor. de fratribus

Ideo isto statuto excludente temporaliter feminas, deficientibus masculis femine iam exclusa reintegrantur, quamvis statutum ulterius non procedat eas vocando Michalor. de frat. p. 3. cap. 10. n. 4.

Femine tamen donec extant masculi, licet sperent casum reintegrationis, non possunt petere cautionem ab ipsis masculis Michalor. d.o p. 3. cap. 10. n. 4. vers. dicit tamen et n. 26. 36. et segg. et n. 46.

~~Mater exclusa tempore quo filios nondum pepererat, nec conceperat, si postea filios~~
~~filii femine exclusa nondum concepti tempore exclusionis matris, de-~~
~~ficientibus masculis, etiam superveniente casu Matre [illegible]~~
~~edictis moriatur non transmittit ipsis filiis ius reintegrationis~~
~~Mater moriens~~ non reintegrata ~~transmittit illis ius reintegrationis Michalor. de frat. p. 3.~~
~~cap. 10. n. 6. et post usque ad n. 36. et segg.~~

Filii nati, et concepti ex feminis post mortem illius à cuius hereditate fuerat exclusa mater, et subinde mortua matre de tempore quo apertum est ius reintegrationis, non possunt petere reintegrationem, neque ex persona matris, neque ex eorum persona Michalor. d.o p. 3. cap. 10. n. 23. vers. quibus licet cum segg. et sic A quod intellige si stat. excludat simpl.r et non procedat vocando feminas ~~post masculos~~ et earum descendentes post masculos; Si vero statutum non simpliciter, sed temporal.r excludat et ulterius etiam procedat vocando feminas et earum descendentes in casu deficientie masculorum, tunc reintegratio transit etiam ad filios feminarum sive natos, et conceptos ~~tempore~~ mortis illius de cuius hered.te agitur sive non Michalor. de frat. p. 3. cap. 10. n. 7. et n. 35. et segg.

Mater exclusa tempore quo adhuc filios non habuerat, si postea moriatur relictis filiis, sed non aperto iure reintegrationis transmittit ipsis filiis ius reintegrationis debendi si aperiatur post mortem ipsius Matris reintegrationis filiis suffragatur, neque ex persona propria, neque Matris non iure transmissionis sed ex propria persona

Filii arrogati non excludunt feminas legitimas, et natas ut statut. Rot. d.a 70. ~~et seq.~~ post Merl. de legit.

Filij unius sororis exclusæ, qui erant nati tempore exclusionis matris, a-
niente casu reintegrationis, reintegrantur quidé ad eam portioné, à
ipsorum Mater fuerat exclusa, sed nó ad aliá portioné, à quâ excl-
remanent filij alterius sororis nati, et concepti post exclusioné
Mikalor. de frat. p. 3. cap. 10. n. 52. usque ad finé

Filij nati tempore exclusionis, adueniente casu reintegrationis
nó conferunt id quod ex ui reintegrationis capiunt cú alij
eorum germanis fratribus natis, et conceptis post exclusioné
hoc potissimum, quia dicti filij nati tempore exclusionis n
bent reintegrationé ex persona matris, sed ex eorum person
ut docet Mikalor. de frat. p. 3. cap. 10. n. 24.

Licet regulariter statuta exclusiua fœminarum ppter Masculos in
gat ppter Masculos ipsius, de cuius hæreditate agitur Man. de
Success. leg. p. 3. q. 7. art. 1. n. 21.

Et de Masculis descendentibus ab eo, de cuius hæreditate agit
nó uero de transuersalibus Dicl. d. 320. n. 4. Ciroc. discept.
n. 19. ubi de Stat.o Fulginei

Itaut si statutum dicat ut dotata à Patre Matre, Auo, Auia, p
Auo, proauia, & nó possit succedere Patri, Matri, Auo Auiæ
proauo, proauiæ & donec superest masculus supradictorum intelli
debeat singula singulis referendo, uidelicet, ut dotata à Patre n
sit succedere Patri existente Masculo ex patre descendente, do
uero ab Auo, nó possit succedere ipsi Auo, dummodo super
Masculus de progenie ipsius Aui et sic de singulis Paris cons.
n. 3. et 4. et cons. 49. n. 17. lib. 3. Alijs relatis Ciroc. discept. 33
n. 2. et 3. et segg.

Tamé si statutum expresse excludat fœminas né dum ppter Masculos
descendentes ab eo, de cuius hæreditate agitur, sed etiá ppter alios
Masculos transuersales, tunc statuto est inhærendum, et nó
